



Januel et Card

15  
E. 53

C

400  
conspicuum et  
nominam

Mitridatica  
pharmacum diuina  
d' Mitridatica  
ansan o nunc nunc

optas a phippia  
piper optas arca  
cabally

scapunt 1627  
mel famio. grusur  
ab one d'ape  
Dygeri abigit in thurion

1628.

Script. Nam. in octavo  
N. 15.





M. TULLII  
CICERONIS

ACCUSATIONIS IN  
C. VERRÈM LIBRI  
TRES PRIOR-  
RES.



COLONIAE,  
In Officina Birckmannica, sumptibus  
Hermanni Mylij.

ANNO M. DC. VII.



Non enim potuit trahere homin  
 um eloquia sua quocumque  
 voluit  
 differere negotium cum perenni  
 anno circiter viginti  
 septimum subit per ordinem  
 qui sum fuit aditu  
 habita est publici in foro  
 sacrorum quibus in bello  
 Romanum verum non est  
 porcum non castellanum a  
 Judaeis  
 sub cons. Marco Licinio  
 Crasso a Pompeio in quo  
 eventus fuit quod Cicero  
 sit in quaestorem electus  
 iudicium perit et ostium  
 veniens  
 Cicero fuit in  
 ex obliquo subans principis  
 ante in forum defendere





# ACCUSATIONIS

IN C. VERREM LIBER

PRIMVS, QVI DIVI-

NATIO DICITVR.

ORATIO IIII.



I quis vestrum Iudices, aut eorum,  
qui adsunt, forte miratur, me qui  
tot annos in causis iudicijsque  
publicis ita sim versatus, vt defen-  
derim multos, laeserim neminem,  
subito nunc mutata voluntate ad  
accusandum descendere: is si mei consilij causam  
rationemque cognouerit, vna & id quod facio pro-  
babit, & in hac causa profecto neminem mihi esse  
preponendum actorem putabit. Cum Questor in  
Sicilia fuissim iudices, itaque ex ea provincia deces-  
sissim, vt Siculis omnibus iucandam diuturnamque  
memoriam Questurae nominisque mei relinquerem:  
factum est, vti cum summum in veteribus patronis mul-  
tis, tum nonnullum etiam in me presidium suis for-  
tunis constitutam esse arbitraretur. Qui nunc po-  
pulari atque venati, cuncti ad me publice saepe vene-  
runt, vt suarum fortunarum omnium causam defen-  
sionemque suscipere: me saepe esse pollicitum, saepe osten-  
disse dicebant, si quod tempus accidisset, quo tempo-  
re aliquid a me requirerent, comodis eorum me non  
defaturum: venisse tempus aiebant, non iam vt co-  
moda sua, sed vt vitam salutemque totius provinciae

*3 causas  
dicit si  
si non  
si non  
2 in sui  
uoribus  
2 in hunc  
se non, tu  
accusari  
se defende  
3 ab adiun-  
ctis quon-  
dam publi-  
an in post-  
ulat*



defenderē: sese iam ne deos quidem in suis vrbibus,  
 ad quos confugerent, habere: quōd eorū simulacrā  
 s̄ctissima C. Verres ex delubris religiosissima su-  
 stulisset: quas res luxuries in flagitijs, crudelitas  
 in supplicijs, auaritia in rapinis, superbia in contu-  
 melijs efficere potuisset, eas omnes sese hoc vno Prae-  
 tore per trieniū pertulisse: rogare & orare, ne illos  
 supplices aspernaret, quos me incolūmi memini  
 supplices esse oporteret. Tūlii grauitē & acerbē Iu-  
 dices, in eum me locū adductū, vt aut eos homines  
 spes falleret, qui opē a me atq; auxiliū petissent:  
 aut ego, qui me ad definiendos homines ab ineunte  
 adolescentia dedissem, tempore atq; officio coactus  
 ad accusandum traducerer. Dicebā habere eos a-  
 ctorem Q. Caciliū, qui praesertim Quaestor in eadē  
 prouincia post me Quaestorem fuisset, quo ego adiu-  
 mento sperabā hanc a me molestiam posse dimoue-  
 ri, id mihi erat aduersarium maximē: nā illi mul-  
 tō mihi hoc facilius remisissent, si istum nō nossent,  
 aut si iste apud eos Quaestor nō fuisset. Adductus sū  
 Iudices officio, fide, misericordia, multorū bonorū  
 exemplo, veteri consuetudine, institutoq; maiorū,  
 vt onus hoc laboris atq; officij, nō ex meo, sed ex  
 meorū necessariorū tēpore mihi suscipiendū puta-  
 rem. Quō in negotio tamen illa me res Iudices con-  
 solatur, quōd haec quae videtur esse occasio mea, non  
 potius accusatio, quā defensio est existimāda. De-  
 fecto enim multos mortales, multas ciuitates, pro-  
 uinciam Siciliam totam. Quam aborem si mihi vnus  
 est accusādus, propemodū manere in instituto meo  
 vide-

inu. rogn  
 sy fura  
 Inurolan  
 Inurolan  
 Inurolan  
 Inurolan  
 Inurolan

Inurolan  
 Inurolan  
 Inurolan



videor, & nō omninō à defendendis hominibus sub-  
 leuandisq; discedere. Quod si hanc causam tā ido-  
 neam, tam illustrem, tam grauem non haberem, si  
 aut hoc à me Ciculi non petissent, aut mihi cū Sicu-  
 lis causa tā necessitudinis nō intercederet, & hoc  
 quod facio, me Reip. causa facere profiterer: vt ho-  
 mo singulari cupiditate, audacia, scelere praeclitus,  
 cuius furta atq; flagitia non in Sicilia solum, sed in  
 Archaia, Asia, Cilicia, Paphylia, Romae deniq; ante  
 oculos omniū maxima turpissimaq; nossem, me a-  
 gente in iudicium vocaretur: quis tandem esset, qui  
 meum factū aut cōsiliū posset reprehēdere? Quid  
 est, prō deūm hominumq; fidem, in quo ego Reipub. &  
 plus hoc tempore prodesse possim? Quid est, quod aut  
 populo Rom. gratius esse debeat? aut socijs exterisq;  
 nationibus optatius esse possit? aut saluti fortunisq;  
 omnium magis accommodatū sit? Populata, vera-  
 ta, funditus euersa prouincia: socij stipēdiarūq; po-  
 puli Rom. afflicti, miseri, iam non salutis spem, sed  
 exitij solatium querunt. Qui iudicia manere apud  
 ordinē Senatorium volunt, queruntur accusatores  
 se idoneos non habere: qui accusare possunt, iudici-  
 orum seueritatem desiderant. Populus Rom. inte-  
 rea, tametsi multis incommodis difficultatibusq; afflic-  
 tus est, tamen nihil aequē in Rep. atq; illam ve-  
 terē iudiciorum vim grauitatemq; requirit. Iudi-  
 ciorum desiderio Tribunitia potestas efflagitata est  
 iudiciorum leuitate ordo quoq; alius ad res iudi-  
 candas postulatur: iudiciū culpa atq; dedecore etiā  
 Censorium nomē, quod asperius antea populo vide-



ri solebat, id nunc poscitur: id iam populare atque plausibile factum est. In hac libidine hominum nocetissimorum, in Pop. Rom. quotidiana querimonia, iudiciorum infamia, totius ordinis offensione, cum hoc unum his tot incommodis remedium esse arbitrarer, ut homines idonei atque integri causam Reipub. legumque susciperent: fateor me salutis omnium causa ad eam partem accessisse Reip. subleuanda, quae maxime laboraret. Nunc quoniam quibus rebus adductus ad causam accesserim demonstravi, dicendum necessario est de contentione nostra, ut in constituendo accusatore, quid sequi possitis, habeatis. Ego sic intelligo Iudices, cum de pecuniis repetundis nomen cuiuspiam deferatur, si certamen inter aliquos sit, cui potissimum delatio detur, haec duo in primis spectari oportere: quem maxime velint actorem esse, quibus facta esse dicantur iniuria, & quem minime velint, qui eas iniurias fecisse arguatur. In hac causa Iudices, tametsi utrumque esse arbitror perspicuum, tamen de utroque dicam, & de eo prius, quod apud vos plurimum debet valere, hoc est de voluntate eorum, quibus iniuria facta sunt, quorum causa iudicium de pecuniis repetundis est constitutum. Siciliam provinciam C. Verres per triennium depopulatus esse, Siculorum civitates vastasse, domos exinanisse, fana spoliasse dicitur. Adsunt, queruntur Siculi uniuersi: ad meam fidem, quam habent spectatam iam & diu cognitam, confugiunt: auxilium sibi per me a vobis atque a Pop. Rom. legibus petunt: me defensorem calamitatum suarum, me ultorem iniuriarum, me cognito-

gnito-



gnitorem iuris sui, me actorem causae totius esse vo-  
luerunt. Vtrum Q. Caecili hoc dices, me non Siculo-  
rum rogatu ad causam accedere? an optimorum fi-  
delissimorumque sociorum voluntate apud hos gra-  
uem esse non oportere? Si id audebis dicere, quod C.  
Verres, cui te inimicum esse simulas, maxime existi-  
mari vult, Siculos hoc a me non petisse: primum cau-  
sam inimici tui subleuabis, de quo non praedudicium,  
sed plane iudicium iam factum putatur: quod ita per-  
crebuit, Siculos omnes actorem suae causae contra il-  
lius iniurias quaesisse. Hoc si tu inimicus eius, factum  
negabis, quod ipse, cui maxime haec res obstat, ne-  
gare non audet, videto ne nimium familiariter inimi-  
citas exercere videare. Deinde sunt testes viri cla-  
rissimi nostrae civitatis, quos omnes a me nominari  
non est necesse, eos qui adsunt, appellabo, quos si me-  
turer, testes esse impudentiae meae minime vellem.  
Scitis, qui est in consilio, C. Marcellus: scitis, quem  
adesse video. Cn. Lætulus Marcellinus: quorum fide  
atque praesidio Siculi maxime utuntur, quod omnino  
Marcellorum nomini tota illa provincia adiuncta  
est. Hi sciunt hoc non modo me petitum esse, sed ita  
sepe, et ita vehementer esse petitum, ut aut causa  
mibi suscipienda fuerit, aut officium necessitudinis  
repudiandum. Sed quid ego his testibus utor? quasi  
res dubia aut obscura sit. Adsunt homines ex tota  
provincia nobilissimi, qui praesentes vos orant atque  
obsecrant Iudices, ut in actore causae suae deligendo,  
vestrum iudicium a suo iudicio ne discrepet. Omnium  
civitatum totius Siciliae legationes adsunt, praeter



duas ciuitates: quarū duarum si adessent, duo crimina vel maxima minuerētur, quæ cum his ciuitatibus C. Verri communicata sunt. At enim curame potissimum hoc præsidium petiuerunt? Si esset dubium, petissent à me præsidium, necne, dicerem cur petissent. Nunc verò, cum id ita perspicuum sit, vt oculis iudicare possitis, nescio cur hoc mihi detrimento esse debeat, si id mihi obijciatur, me potissimū esse delectum. Verum id mihi non sumo Iudices, & hoc non modo in oratione mea nō pono, sed ne in opinione quidem cuiusquā relinquo, me omnibus patronis esse præpositum. Non ita est, sed vniuscuiusq; temporis, valetudinis, facultatis ad agendū, ducta ratio est. Mea fuit semper hæc in hac re voluntas, & sententia, quemuis vt hoc mallet, de his qui essent idonei, suscipere, quā me: me vt mallet, quā neminē.

Reliquum est iam, vt illud queramus, cū hoc cōstet, Siculos à me petisse, ecquid hanc rem, apud vos animosq; vestros valere oporteat: ecquid autoritatis apud vos in suo iure repetūd. socij Pop. Rō. supplices vestri habere debeāt. De quo quid ego plura commemorem? quasi verò dubium sit, quin tota lex de pecunijs repetundis sociorum causa cōstituta sit. Nā ciuibus cū sunt erepta pecunia, civili ferè actione, & priuato iure repetūtur. Hæc lex socialis est, hoc Ius nationum exterarum est, hanc habent arcē minus aliquanto nunc quidē munitā, quā antea: veruntamen, si qua reliqua spes est, quæ sociorū animos consolaripotest, ea tota in hac lege posita est: cuius legis non modo à Pop. Rom. sed etiam ab vltimis



A C T I O I.

mis nationib. iam pridem seueri custodes requirun-  
 tur. Quis igitur est, qui neget oportere eorū arbitra-  
 tu lege agi, quorū causa lex sit cōstituta? Sicilia to-  
 ta si vna voce loqueretur, hoc diceret: q̄ auri quod  
 argēti, quod ornamentorum in meis vrbibus, sedib.  
 delubris fuit, quod in vnaquaq̄, re beneficio Senat<sup>o</sup>  
 Populiq̄, Rom. iuris habui, id mihi tu C. Verres eri-  
 puisti atq̄, abstulisti: quo nomine abs te sestertiū mil-  
 lies ex lege repeto. Si vniuersa, vt dixi, prouincia  
 loqui posset, hac voce vteretur. quoniā id nō pote-  
 rat, harum rerū actorē, quem idoneū esse arbitrata  
 est, ipsa delegit. In huiusmodi re quisquā tam im-  
 pudens reperietur, qui ad alienā causā inuitis ijs,  
 quorum negocium est, accedere, aut aspirare aude-  
 at? Si tibi Q. Cacili hoc Siculi dicerent, te non no-  
 uimus, nescimus qui sis, nunquam te antea vidimus,  
 sine nos per eum nostras fortunas defendere, cuius fi-  
 des est nobis cognita: nōne id dicerent, quod cui-  
 us probare deberent? nunc hoc dicunt: vtrūque se  
 nosse, alterum se cupere defensorem esse fortunarū  
 suarum, alterū planē nolle. Cur nolūt, etiā si tace-  
 rēt, satis dicūt, verū non tacent, tamen his inuitissi-  
 mis te offeres? tamen in aliena causa loquere? tamē  
 eos defendes, qui se ab omnibus desertos potius, quā  
 abs te defensos esse malunt? tamen his operā tuam  
 pollicebere, qui te neq̄, velle sua causa, nec si cupias,  
 posse arbitrantur. Cur eorum spē exiguā, reliqua-  
 rum fortunarum, quam habēt in legis & iudicij se-  
 ueritate positam, vi extorquere conaris? cur te in-  
 terponis inuitissimis his, quibus maximē lex cōsultū  
 esse



esse vult? cur de quibus in prouincia non optimè ex-  
 meritus, eos nūc planè fortunis omnibus conaris e-  
 uertere? cur his non modo persequendi iuris sui, sed  
 etiam deplorāda calamitatis adimis potestātē? Nā  
 te actore quem eorum affuturum putas? quos intel-  
 ligis non vt per te alium, sed vt per aliquem te ipsū  
 vlciscātur, laborare? At enim solum id est, vt me Si-  
 culi maximè velint: alterum illud credo obscurum  
 est, à quo Verres minimè se accusari velit. Ecquis  
 vnaquam tam palam de honore, tam vehementer de  
 salute sua contendit, quam ille atq; illius amici, vt  
 ne hac mihi delatio detur? Sunt multa, quæ Verres  
 in me esse arbitratur, quæ scit in te Q. Cæcili nō es-  
 se: quæ cuiusmodi in vtroque nostrū sunt, paulo post  
 commemorabo. Nunc tantum id dicam, quod taci-  
 tus tu mihi assentiare, nullam rem in me esse, quam  
 ille contemnat: nullam in te, quā pertimescat. Itaq;  
 magnus ille defensor, & amicus eius tibi Hortensius  
 suffragatur, me oppugnat: apertè ab iudicibus petit,  
 vt tu mihi anteponare. & ait hoc se honestè, sine vl-  
 la inuidia, ac sine vlla offensione contendere. Non e-  
 quum, inquit, illud peto, quod soleo, cum vehemētius  
 contendere impetrare, reus vt absoluator: non peto.  
 sed vt ab hoc potius, quam ab illo accusetur, id peto.  
 Da mihi hoc: cōcede, quod facile est, quod honestū.  
 quod non inuidiosum: quod cū dederis, sine vllō tuo,  
 periculo, sine infamia illud dederis, vt is absoluator,  
 cuius ego causa laboro. Et ait idem, vt aliquis metus  
 adiunctus sit ad gratiam, certos esse in consilio, qui-  
 bus ostendi tabellas velit, id esse per facile. nō enim  
 singu-



singulos ferre sententias, sed vniuersos constituere.  
 ceratam vnicuiq; tabellam dari cera legitima, non  
 illa infami ac nefaria. Atq; is non tam propter Ver-  
 rē laborat, quam quod eum minimè res tota dele-  
 ctat. vider enim si à pueris nobilibus, quos adhuc elu-  
 sit, si à quadruplatoribus, quos non sine causa contē-  
 psit semper, ac pro nihilo putauit, accusandi volun-  
 tas ad viros fortes spectatosq; homines translata  
 sit, se in iudicijs dominari non posse. Huic ego homi-  
 ni iam ante denuncio, si à me causam hanc vos agi  
 volueritis, rationem illi defendendi totam esse mu-  
 tandā, & ita tamen mutandam, vt meliore & ho-  
 nestiore conditione sit, quam qua ipse esse vult: vt i-  
 mitetur homines eos, quos ipse vidit amplissimos,  
 L. Crassum & M. Antoniū, qui nihil se arbitraban-  
 tur ad iudicia causasq; amicorū præter fidē & in-  
 genium afferre oportere. nihil erit quod me agēte  
 arbitretur iudicium sine magno multorū periculo  
 posse corrumpi. Ego in hoc iudicio mihi Siculorum  
 causam receptā, Populi Ro. susceptā esse arbitror:  
 vt mihi non vnus homo improbus opprimendus sit, id  
 quod Siculi petiuerunt: sed omnino improbitas, id  
 quod Pop. Ro. iam dudum flagitat, ~~extinguenda at-~~  
~~que delenda sit.~~ In quo ego quid eniti, aut quid effice-  
 re possim, malo in aliorū spe relinquere, quam in o-  
 ratione mea ponere. Tu verò Cacili quid potes? quo  
 tempore, aut qua in re non modò specimen cæteris  
 aliquod dedisti, sed tute tui periculū fecisti? In mē-  
 tem tibi non venit, quid negocij sit causam publicā  
 sustinere? vitam alterius totam explicare? atq; eā  
 non



non modo in animis Iudicū, sed etiam in oculis, cō-  
 spectuq; omnium exponere? sociorum salutem, cō-  
 moda prouinciarum, vim legum, grauitatem iudi-  
 ciorum defendere? Cognosce ex me, quoniam hoc  
 primum tempus discendi nactus es, quā multa esse  
 oporteat in eo, qui alterū accuset: ex quibus si vnū  
 aliquod in te cognoueris, ego iā tibi ipse istuc quod  
 expetis, mea voluntate concedam. Primum in-  
 tegritatem atque innocentiam singularem, nihil  
 est enim quod minus ferendum sit, quā rationem  
 ab altero vitā repossere eum, qui non possit suā red-  
 dere. Hic ego de te plura non dicam, vnū illud cre-  
 do, omnes animaduertere, te adhuc ab nullis, nisi à  
 Siculis potuisse cognosci: Siculos hoc dicere, cū ei-  
 dē sint irati, cui tu te inimicū esse dicis, sese tamē  
 te actore ad iudicium non affuturos. Quare negēt,  
 ex me non audies: hos patere id suspiciar, quod ne-  
 cesse est. Illi quidem, vt est hominum genus nimis  
 acutum & suspiciosum, non te ex Sicilia literas in  
 Verrem deportare velle arbitrantur, sed cū ijs-  
 dē literis illius Prætura & tua Quæstura cōsignata  
 sit, asportare te velle ex Sicilia literas suspiciantur.  
 Deinde accusatorem firmum, verumquē esse oportet.  
 Eum ego, si te putem cupere esse, facile intelli-  
 go esse non posse. Nec ea dico, quæ si dicam, tamen  
 infirmare non possis, te ante quā de Sicilia de-  
 cesseris, in gratiam redisse cum Verre: Potamo-  
 nem scribam, & familiarem tuum retentum esse  
 à Verre in prouincia, cū tu decederes: M. Ca-  
 cilium fratrem tuum lectissimum atque ornatissi-  
 mum



mum adolescentem non modò non adesse, neque te-  
 cum tuas iniurias persequi, sed esse cum Verre, cum  
 illo familiarissimè atque amicissimè viuere. Sunt  
 has, & alia in te falsi accusatores signa permul-  
 ta, quibus ego nunc non vtor. hoc dico, te si maxi-  
 mè cupias, tamen verum accusatorem esse non pos-  
 se. Video enim permulta esse crimina, quorum ti-  
 bi societas cum VERRE eiusmodi est, vt eam  
 accusando attingere non audeas. Queritur in Sici-  
 lia tota C. Verrem ab aratoribus cum frumētum si-  
 bi in cellā imperauisset, & cum esset tritici modius  
 H. S. V. pro frumento in modios singulos, duodenos  
 sestertios exegisse. Magnum crimē, ingens pecunia,  
 furtum impudens, iniuria non ferenda. ego hoc vno  
 crimine illum cōdemnem necesse est. Tu Catili quid  
 facies? Vtrum hoc tantum crimen prætermit-  
 tes? an obijcies? Si obijcies, id ne alteri crimini da-  
 bis quod eodem tempore in eadem prouincia tu ipse  
 fecisti? audebis ita accusare alterum, vt quo minus  
 tute contendere, recusare non possis? Si prætermit-  
 tes, qualis erit ista tua accusatio, quæ domestici pe-  
 riculi metu, certissimi & maximi criminis nō mo-  
 do suspiciōnē, verum etiam mentionem ipsā perti-  
 mescat? Emptum est ex S. C. frumentum ab Situlis  
 Pratore Verre, pro quo frumento pecunia omnis so-  
 luta non est. graue est hoc crimen in Verrem, graue  
 me agente te accusante nullum. eras enim tu Qua-  
 stor, pecuniam publicam tu tractabas: ex qua etiā  
 si superet Prator, tamē ne qua deductio fieret, ma-  
 gna ex parte tua potestas erat. Huius quoq; igitur  
 criminis



criminis te accusante metio nulla fiet. Silebitur to-  
 to iudicio de maximis & notissimis illius furtis &  
 iniurijs. Mihi crede Cacili, non potest in accusanda,  
 socios verè defendere is, qui cum reo criminum so-  
 cietate coniunctus est. Mancipes à civitatibus pro-  
 frumero pecuniam exegerunt. Quid? hoc Verre Prae-  
 tore factum est solum? non, sed etiam Quaestore Cae-  
 tilio. Quid igitur? daturus es huic crimini, quod &  
 potuisti prohibere ne fieret, & debuisti? an totum id  
 relinques? Ergo id omnino Verres in iudicio suo non  
 audiet, quod cum faciebat, quemadmodum defen-  
 surus esset, non reperiēbat. Atq; ego haec, quae in me-  
 dio posita sunt commemoro. Sunt alia magis occul-  
 ta furta, quae ille, ut istius credo animos, atq; impe-  
 tus retardaret, cū Quaestore suo benignissimè com-  
 municavit. Haec tu scis ad me esse delata, quae si ve-  
 lim proferre, facile omnes intelligēt vobis inter  
 vos non modò voluntatē fuisse coniunctā, sed ne pra-  
 dam quidē adhuc esse diuisā. Quapropter si tibi in-  
 diciū postulas dari, quod tecū vnā fecerit, concedo;  
 si id lege permittitur: sin autē de accusatione dici-  
 mus, concedas oportet ijs, qui nullo suo peccato im-  
 pediuntur, quo minus alterius peccata demonstrare  
 possint. Ac vide quantū interfuturum sit inter meā  
 atq; tuam accusationē. Ego etiam quae tu sine Ver-  
 re commisisti, Verri crimini daturus sū, quod te non  
 prohibuerit, cū summam ipse haberet potestatem: tu  
 contra, ne quae ille quidem fecit, obijcies, ne quae ex  
 parte coniunctus cum eo reperiāre. Quid illa Cacili?  
 condemnandane videntur esse? sine quibus causa sus-  
 tineri,



Rineri praesertim tanta, nullo modo potest? aliqua  
 facultas agendi, aliqua dicendi consuetudo, aliqua  
 in foro, iudicijs, legibus, aut ratio, aut exercitatio.  
 Intellego quam scopuloso difficilique in loco verser.  
 nam cum omnis arrogancia odiosa est, tum illa inge-  
 nijs atque eloquentia multo molestissima. Quamobrem  
 nihil dico de meo ingenio, neque est quod possim dicere:  
 neque si esset, dicerem. aut enim id mihi satis est,  
 quod est de me opinionis, quicquid est. aut si id parum  
 est, ego magis id commemorando facere non possum.  
 De te Caeciliam me hercule hoc extra hanc conten-  
 tionem certamenque nostrum familiariter tecum lo-  
 quar. Tu ipse quemadmodum existimes vide etiam  
 atque etiam: et tu te collige: et qui sis, et quid face-  
 re possis, considera. Putasne te posse de maximis, a-  
 cerbissimisque rebus, cum causam sociorum fortu-  
 nasque provinciae, ius Pop. Rom. gravitatem iudicij le-  
 gumque susceperis, tot res, tam graues, tam varias,  
 voce, memoria, consilio, ingenio, sustinere? Putas-  
 ne te posse, quae C. Verres in Quaestura, quae in lega-  
 tione, quae in Praetura, quae Roma, quae in Italia, quae  
 in Achaia, Asia, Pamphyliaque patrarit, ea quemad-  
 modum locis temporibusque diuisa sint, sic criminibus  
 et oratione distinguere? Putasne posse, id quod in  
 eiusmodi reo maxime necessarium est, facere, ut quae  
 ille libidinosae, quae nefariae, quae crudeliter fecerit,  
 ea aequae acerba et indigna videantur esse ijs, qui au-  
 dient, atque illis visa sunt, qui senserunt? Magna sunt  
 ea, quae dico, mihi crede, noli haec contemnere: dicen-  
 da, demonstranda, explicanda sunt omnia. causa non  
 solum



solum exponenda, sed etiam grauiter copioseq; agenda est. perficiendum est, si quid agere aut perficere vis vt homines te non solum audiant, verum etiam libenter studioseq; audiant. In quo si te multum natura adiuuaret, si optimis a pueritia disciplinis atque artibus studuisses, & in his elaborasses, si literas Græcas Athenis, non Lilybæi, Latinas Romæ non in Sicilia didicisses: tamen esset magnum, tantam causam tam expectatam, & diligentia consequi, & memoria complecti, & oratione exponere, & voce, & viribus sustinere. Fortasse dices, quid? ergo hæc in te sunt omnia? vtinam quidem essent: veruntamen vt esse possent, magno studio mihi a pueritia est elaboratum. Quod si ego hæc propter magnitudinem rerum ac difficultatem assequi non potui. qui in omni vita nihil aliud egi: quam longe tu te ab his rebus abesse arbitrare? quas non modo antea nunquam cogitasti, sed ne nunc quidem, cum in eas ingrederis, quæ et quantæ sint, suspicari potes. Ego, qui sicut omnes sciunt, in foro iudicijsq; ita verser, vt eiusdem ætatis aut nemo, aut pauci, plures causas defederint, & qui omne tempus, quod mihi ab inimicorum negotijs datur in his studijs laboribusq; consumam, quo paratior ad usum forensem, promptiorq; esse possim: tamen ita deos mihi velim propitios, vt cum illius temporis mihi venit in mentem, quo die citatoreo mihi dicendum sit, non solum commoueor animo, sed etiam toto corpore perhorresco: iam nunc mente & cogitatione prospicio, quæ tunc studia hominum, qui concursus futuri sint, quantam expectationem magnitudo iudicij sit



si sit allatura, quantā auditorum multitudinē C.  
 Verris infamia concitatura, quantā deniq; audiē-  
 tiam orationi meae improbitas illius factura sit. Quae  
 cū cogito, iā nunc timeo, quid nā pro offensione ho-  
 minū, qui illi inimici insensq; sunt, & expectatio-  
 ne omnium, et magnitudine rerū dignū eloqui pos-  
 sim. Tu horū nihil metuis, nihil cogitas, nihil labo-  
 ras: & si quid ex veteri aliqua oratione, Iouem e-  
 go Optimum Maximum, aut, vellem si fieri potuis-  
 set Iudices, aut, aliquid eiusmodi ediscere potueris,  
 praeclarè te paratum in iudicium venturum arbi-  
 traris. Ac si tibi nemo responsurus esset, tamen ipsam  
 causam, vt ego arbitror, demonstrare nō posses. Nūc  
 ne illud quidē cogitas, tibi cū homine disertissimo,  
 & ad dicendum paratissimo futurū esse certamen:  
 qui cū modò disserēdum, modò omni oratione pug-  
 nādum certādumq; sit? Cui ego ingenium ita lau-  
 do, vt non pertimescam: ita probo, vt me ab eo dele-  
 ctari facilius, quā decipi putem posse. Nunquā ille  
 me opprimet cōsilio, nunquam vllō artificio peruer-  
 ret, nunquā ingenio me suo labefactare atq; insir-  
 mare conabitur. noui omnes hominis petitiones ra-  
 tionesq; dicendi: sepè in iisdē, sepè in cōtrarīs cau-  
 sis versati sumus. Ita cōtra me ille dicet, quāuis sit  
 ingeniosus, vt nonnullum etiā de suo ingenio iudi-  
 cium fieri arbitretur. Te verò Cecili quemadmodū  
 sit elusus, quā omni ratione iactaturus, videre  
 iam videor: quoties ille tibi potestatem optionemq;  
 facturū sit, vt eligas vtrum velis, factum esse necne,  
 verū esse an falsum: vtrum dixeris, id cōtra te fu-  
 turum,



turum. qui tibi astus, qui error, quae tenebrae dii immortales erunt, homini minimè malo? Quid cum accusationis tuae membra diuidere coeperit, & in digitis suis singulas partes causa constituere? Quid cum vni quodq; transigere, expedire, absolueret? Ipse profectò metuere incipies, ne innocenti periculà facesseris. Quid cum commiserari, coqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te trahere coeperit? commemorare Quaestoris, cum Praetore necessitudinem constitutam? morè maiorum? sortis religionè? poterisne eius orationis subire inuidiã? Vide modò, etiã atq; etiam cõsidera: mihi enim videtur periculum fore, ne ille non modò verbis te obruat, sed gestu ipso ac motu corporis praestringat aciem ingenij tui, teq; ab institutis tuis cogitationibusq; abducatur. Atq; huiusce rei iudicium iam continuò video futurum. Si enim mihi hodie respondere ad haec, quae dico, poteris, si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis ex alienis orationib. cõpositũ dedit, verbo vno discesseris, posse te & illi quoq; iudicio non deesse, et causa atq; officio tuo satisfacere arbitrabor: sin mecum in hac prolusione nihil fueris, quem te in ipsa pugna cum acerrima aduersario fore putemus? Esto, ipse nihil est, nihil potest: at venit paratus cum subscriptorib. exercitatis & disertis. est tamè hoc aliquid, tametsi non est satis, omnibus. n. reb. is, qui princeps in agendo est, orratissimus & paratissimus esse debet. Veruntamen L. Apuleium esse video proximum subscriptorem, hominem nõ atate, sed usu forensi atque exercitatione tyronè. Deinde, vt opinor habet

Allio



A C T I O I.

Allienum, hūc tamen à subfellys: qui quid in dicen-  
do possit, nunquam satis attendi: in clamando qui-  
dem video eum esse benè robustum atq; exercita-  
tum. in hoc spes tuæ sunt omnes. hic, si tu eris actor  
constitutus, totum iudicium sustinebit. Ac ne is qui-  
dem tantum contēdet in dicendo, quantum potest  
sed consulet laudi & existimationi tuæ, & ex eo  
quod ipse potest in dicendo, aliquantū remittet, ut  
tutandē aliquid esse videāre. Ut in actoribus Gra-  
cis fieri videmus, sæpè illum qui est secundarum, aut  
tertiarum partium, cū possit aliquāto clarius di-  
cere, quam ipse primarum, multum summittere. ut  
ille princeps quam maximè excellat: sic faciet Alli-  
enus, tibi seruiet, tibi lenocinabitur, minus aliquā-  
to contendet, quam potest. Iam hoc considerate, cu-  
iusmodi accusatores in tāto iudicio simus habituri,  
cū & ipse Allienus ex ea facultate, si quam habet,  
aliquantum detracturus sit, & Cecilius tum deniq;  
se aliquid facturū putet, si Allienus minus vehemens  
fuerit, & tibi primas in dicendo partes concesserit.  
Quartum quem sit habiturus, non video, nisi quem  
fortè ex illo grege Oratorum, qui subscriptionē sibi  
postularunt, cuiusq; vos delationem dedissetis.  
ex quibus alienissimis hominibus ita paratus venis,  
ut tibi hospes aliquis sit recipiendus. Quibus ego non  
sum tantum honorem habiturus, ut ad ea, quæ dix-  
erint, certo loco, aut sigillatim vnicūq; respondeā  
sic breuiter, quoniam non consulto, sed casu in eorū  
mentionem incidi: quasi prateriens satisfaciam vni-  
uersis. Tantāne vobis inopia videor esse amicorum,



vt mihi non ex his, quos mecum adduxerim, sed de  
 populo subscriptor addatur? vobis autem tanta in-  
 opia reorum est, vt mihi causam praeferere conemi-  
 ni potius, quam aliquos à columna Menia vestri  
 ordinis reos reperiatis? Custodem, inquit, Tullio me  
 apponite. Quid? mihi quam multis custodibus opus  
 erit, si te semel ad meas casas admisero? qui nō so-  
 lum ne quid enuncies, sed etiam ne quid auferas,  
 custodiendus sis. Sed de isto custode toto sic vobis  
 breuissimè respondebo, non esse hos tales viros cō-  
 missuros, vt ad causam tantam à me susceptam,  
 mihi creditam, quisquam subscriptor me inuito a-  
 spirare possit. Etenim fides mea custodem repudiat,  
 diligentia speculatorem reformidat. Verum vt ad  
 te Cecili redeam, quā multa te deficiant vides quā  
 multa sint in te: quæ reus nocens in accusatore suo  
 cupiat esse, profectō iam intelligis. Quid ad hac di-  
 ci potest? non enim quaero, quid tu dicturus sis: video  
 mihi nō te, sed hunc librum esse responsurum, quem  
 monitor tuus hic tenet. qui si te rectè monere vo-  
 let, suadebit tibi, vt hinc discedas, neque mihi ver-  
 bum vllum respondeas. Quid enim dices? an id qd  
 dictitas, iniuriā tibi fecisse Verrem? arbitror. neq;  
 enim esset verisimile, cum omnibus Siculis faceret  
 iniurias, te illi vnum eximium, cui cōsuleret, fuisse.  
 Sed ceteri Siculi vltorem suarum iniuriarum in-  
 uenerunt: tu dum tuas iniurias per te, id quod non  
 potes, persequi conaris, id agis, vt ceterorum quoq;  
 iniuriæ sint impunitæ atq; inultæ: & hoc te præter-  
 rit, non id solum spectari solere, qui debeat, sed etiā  
 illud,



illud, qui possit vlcisci. In quo vtrunq; sit, eum superiorum esse: in quo alterum, in eo non quid is velit, sed quid facere possit, quari solere. Quod si ei potissimum censes permitti oportere accusandi potestatem, cui maximam C. Verres iniuriam fecerit: vtrum tandem censes hos Iudices grauius ferre oportere, te ab illo esse laesum, an prouinciã Siciliã esse vexatã ac perditam? Opinor cõcedis, multò hoc & esse grauius, & ab omnib. ferri grauius oportere. Cõcede igitur, vt tibi anteponatur in accusando prouincia: nã prouincia accusat, cum is agit causã, quem sibi illa defensorem sui iuris, vltorem iniuriarum, actorem toti<sup>9</sup> causa adoptauit. At eã tibi C. Verres fecit iniuriã, qua ceterorum quoq; animos posset alieno incõmodo commouere. minimè: nã id quoq; ad rem pertinere arbitror, qualis iniuria dicatur, qua causa inimicitiarum proferatur. Cognoscite ex me: nã iste eã profectò, nisi planè nihil sapit, nunquã proferet. Agonis est quadã Lilybatana liberta Veneris Erycina, qua mulier ante hunc Questorem copiosa planè et locuples fuit. Ab hac profectus Antonij quidã symphonicos seruos abducebat per iniuriã, quib. se in classe vti velle dicebat. Tum illa, vt mos in Sicilia est omnium Veneriorũ, & eorum qui à Veneris se liberauerunt, vt profectò illi religionem Veneris, nomenq; obijceret, dixit & se, & omnia sua Veneris esse. Vbi hoc Quest. Cecilio viro optimo, et homini equissimo nunciatum est, vocari ad se Agonidem iubet, iudicium dat statim, si pateret eam se & sua Veneris esse dixisse. iudicãt Recuperatores



ratores id quod necesse erat. neq; enim erat cuiquā  
dubium, quin illa dixisset. iste in possessionem bono-  
rū mulieris mittit: ipsā Veneri in seruitutē adiudi-  
cat. deinde bona vēdit, pecuniā redigit. Ita dum pe-  
cunia mācipia Veneris nomine Agonis ac religione  
retinere vult, fortunās oēs libertatēq; suā istius in-  
iuria perdidit. Lilybaū Verres venit postea, rē cog-  
noscit, factum improbat, cogit Quæst. suū pecuniā,  
quam ex Agonidis bonis redegisset, eā mulieri om-  
nem annumerare & reddere. Est adhuc, id quod  
vos omnes admirari video, non Verres, sed Q. Mu-  
tius. quid enim facere potuit elegantius ad hominū  
existimationem? equius ad leuandā mulieris cala-  
mitatem? vehementius ad Quæst. libidinem coer-  
cendam? Summe hæc omnia mihi videtur esse lau-  
danda. Sed repētē ē vestigio ex homine, tanquā ali-  
quo Ciceropoculo, factus est Verres: redit ad se at-  
que ad mores suos. nā ex illa pecunia magnā partē  
ad se vertit, mulieri reddidit quātulum visum est.  
Hic tu si lesum te à Verre esses dices patiar, & con-  
cedam: si iniuriam tibi factam quereris, defendam,  
& negabo. Deinde de iniuria qua tibi facta sit, ne-  
minem nostrū grauiorē vindicem esse oportet, quā  
te ipsū, cui facta dicitur. Sed tu cū illo postea in gra-  
tiā redisti. si domi illius aliquoties fuisti, si ille apud  
te postea cœnauit, utrū te perfidiosum, an prauarica-  
torem existimari mauis? video esse necesse alteru-  
trum. Sed ego te cum in eo nō pugnabo, quo minus v-  
trum velis eligas. Quid si ne iniuriæ quidē, qua tibi  
ab illo facta sit, causa remanet? quid habes, quod pos-  
sis dicere, quamobrem nō modo mihi, sed cuiquam  
ante



A C T I O I.

anteponere? nisi forte illud, quod dicturum te esse audio, Quæstor illius fuisse. quæ causa grauis esset, si certares mecum vter nostrum illi amicior esse deberet: in contentione suscipiendarum inimicitiarum, ridiculu est putare causam necessitudinis ad inferendum periculum iustam videri oportere. Etenim si plurimas à tuo Præatore iniurias accepisses, tamen eas ferendo maiorem laudem, quam vlciscendo mererere. Cum verò nullum illius in vitæ rectius factum sit, quam id quod tu iniuriam appellas: hi statuent hanc causam, quam ne in alio quidem probarent, in te iustam ad necessitudinem violandam videri? qui si summam iniuriam ab illo accepisti, tamen quoniam Quæstor eius fuisti, non potes eum sine vlla vituperatione accusare: si verò nulla tibi facta est iniuria, sine scelere eum accusare non potes. Quare cum incertum sit de iniuria: quemquam esse horum putas, qui non malit te sine vituperatione, quam cum scelere discedere? At vide quid differat inter meam opinionem actum. tu cum omnibus rebus inferior sis, hac vna in re te mihi anteferris putas oportere, quod Quæstor illius fueris: ego si superior cæteris rebus esses, te hanc vnam ob causam accusatorem repudiari putarem oportere. Sic enim à maioribus nostris accepimus, Præatorem Quæstori suo parentis loco esse oportere: nullam neque iustiore, neque grauiorem causam necessitudinis posse reperiri, quam coniunctionem sortis, quam provincie, quam officij, quam publicam muneris societatem. Quamobrem si iure eum possis accusare, tamen cum is tibi parentis numero fuisset, id pie facere non posses. cum verò neque iniuriam acceperis, &



Pratori tuo periculum crees, fatearis necesse est, te illi iniustum impiumq; bellum inferre conari. Et enim ista *Quaestura* ad eam rem valet, vt elaborandum tibi in ratione reddenda sit, quamobrem, qui *Quaestor* eius fueris, accuses: nō vt ob eam ipsam causam postulandum sit, vt tibi potissimum accusatio detur. Neq; verò vnquam venit in contentionem de accusando qui *Quaestor* fuisset, quin repudiaretur. Itaq; neq; *L. Philoni* in *C. Seruilium* noninis deferendi potestas est data, neque *M. Aurelio Scauro* in *L. Flaccum*, neq; *Cn. Pompeio* in *T. Albutium*: quorum nemo propter indignitatem repudiatus est, sed ne libido violandae necessitudinis autoritate iudicum cōprobaretur. Atq; ille *Cn. Pompeius* ita cum *C. Iulio* cōtendit, vt tu mecum. *Quaestor* enim *Albutij* fuerat, vt tu *Verris*. *Iulius* hoc secum autoritatis ad accusandum afferebat, quod vt hoc tempore nos ab *Siculis*, sic tum ille ab *Sardis* rogatus ad causam accesserat. Semper hac causa plurimum valuit, semper hac ratio accusandi fuit honestissima, pro socijs, pro salute prouincia, pro exterarū nationū cōmodis inimicitias suscipere, ad periculū accedere, operā, studium, laborem interponere. Etenim si probabilis est eorum causa, qui iniurias suas persequi volunt, qua in re dolori suo, nō *Reip.* cōmodis seruiunt: quanto illa causa honestior, quae nō solū probabilis videri, sed etiā grata esse debet, nulla priuatim accepta iniuria, sociorū atque amicorum *Po. Ro.* dolore atque iniurijs cōmoueri? Nuper cū in *P. Gabinū* vir fortissimus & innocētissimus *L. Piso* delationem nominis



minis postulat, & contra Q. Cacilius peteret, isq;  
 se veteres inimicitias iādiu susceptas persequi dice-  
 ret, cū autoritas et dignitas Pisonis valebat pluri-  
 mum, tum illa erat causa iustissima, quod eū sibi A-  
 chæi patronū adoptarant, etenim cū lex ipsa de pe-  
 cunijs repetūdis sociorum atq; amicorū Po. R. cau-  
 sa parata sit, iniquū est, nō eum legis iudicij q; acto-  
 rem idoneū maximè putari, quem actorē causæ suæ  
 socij, defensorē q; fortunarum suarū potissimū esse  
 voluerūt. An q; ad cōmemorandum est honestius, id  
 ad probandū non multò videri debet æquius? Vtra  
 igitur est splendidior? vtra illustrior cōmemoratio?  
 accusavi eum, quicū Quæstor fuerā, quicū me fors  
 consuetudo q; maiorum, quicum me deorum homi-  
 num iudicium cōiunxerat. an accusavi rogatu so-  
 ciorum atque amicorum? delectus sum ab vniuersa  
 prouincia, qui eius iura fortunasq; defenderē. Du-  
 bitare quisquā potest, quin hoc honestius sit eorum  
 causa apud quos Quæstor fueris, quàm eum cuius  
 Quæstor fueris, accusare? Clarissimi viri nostræ ci-  
 uitatis temporibus optimis, hoc sibi amplissimū pul-  
 cherrimumq; ducebāt, ab hospitib. clientibusq; suis,  
 ab exteris nationibus, quæ in amicitiam Pop. Ro. di-  
 tionē q; essent, iniurias propulsare: eorumq; fortu-  
 nas defendere. M. Catonem illum sapientem, cla-  
 rissimū virum et prudentissimum cū multis graues  
 animicitias gessisse accepimus, propter Hispanorum  
 apud quos Cōsul fuerat, iniurias. Nuper Cn. Domi-  
 tium scim⁹ Decimo Syllano diē dixisse propter vni-  
 hominis Egritomari paterni amici atq; hospitis in-  
 iurias.



iurias. Neq; enim magis animos hominū nocentium  
 res vnquam vlla cōmouit, quā hac maiorum cōsue-  
 tudo lōgo interuallo repetita atq; relata. sociorum  
 querimonia delata ad hominē non inertissimū sus-  
 cepta ab eo, q̄ videbatur eorū fortunas fide diligē-  
 tiaq; sua posse defendere. Hoc timent homines, hoc  
 laborant, hoc institui atq; ad eō institutū referri ac  
 renouari molestē ferunt. putāt fore, vti, si paulatim  
 hac cōsuetudo serpere ac prodire cōeperit, p̄ homi-  
 nes honestissimos virosq; fortissimos, nō imperitos  
 adulescetulos, aut illiusmodi quadruplatores leges  
 iudiciaq; administrentur. Cuius cōsuetudinis atq;  
 instituti patres maioresq; nostros nō p̄nitebat, tū  
 cū P. Lentulus is, q̄ princeps Senatus fuit, accusabat  
 M. Aquiliū, subscriptore C. Rutilio Rufo: aut cū P.  
 Africanus homo virtute fortuna, gloria, rebus gestis  
 amplissimus, postea q̄ bis Consul & Cēsor fuerat, L.  
 Cottā in iudicium vocabat. Iure tū florebat populū  
 Rom. nomē, iure aut oritas huius imperij, ciuitatis-  
 que maiestas grauis habebatur. nemo mirabatur in  
 Africano illo quod in me nunc homine paruis opibus  
 ac facultatibus p̄redito simulāt sese mirari, cū mo-  
 lestē ferāt. Quid sibi iste vult? accusator emne se exi-  
 stimari, qui antea defendere consueuerat? nūc p̄a-  
 fertim, ea iam atate, cum Aedilitatem petat? Ego  
 verō & atatis non modo mee, sed multo etiā supe-  
 rioris, & honoris amplissimi puto esse, & accusare  
 improbos & miseros calamitososq; defendere. Et  
 profectō aut hoc remedium est egrotæ ac propē de-  
 peratæ reipubl. iudicijsq; corruptis ac contamina-  
 tis pat-



his paucorum vitio ac turpitudine homines ad legum  
 defensionem iudiciorumque autoritatem quam hone-  
 stissimos et integerrimos diligentissimosque accedere:  
 aut, si ne hoc quidem prodesse poterit, profecto nulla  
 unquam medicina his tot incommodis reperietur. Nul-  
 la salus Reip. maior est, quam eos, qui alterum accu-  
 sant, non minus de laude, de honore, de fama sua, quam  
 illos qui accusantur, de capite ac fortunis suis perti-  
 nescere. Itaque sepe videmus diligentissime laboriosissimeque  
 accusarunt, qui se ipsos in discrimen existimationis  
 venire arbitrati sunt. Quamobrem hoc statuere iudi-  
 ces debitis, Q. Caelium, de quo nulla unquam opinio  
 fuerit, nullaque in hoc ipso iudicio expectatio futura  
 sit, qui neque, ut ante collectam famam conseruet, neque  
 uti reliqui temporis spem confirmet, laborat, non nimis  
 hanc causam seuerè, non nimis accuratè, non nimis di-  
 ligenter acturum. habet. n. nihil, quod in offensione de-  
 perdat, ut turpissime stagitiosissimeque discedat: ni-  
 hil de suis veteribus ornamentis requirit. A nobis  
 multos obsides habet P. Ro: quos ut incolumes con-  
 seruare, tueri, confirmare, ac recuperare possimus,  
 omni ratione erit dimicandum. habet honorem, quem  
 petimus: habet spem, quam propositam nobis habemus: ha-  
 bet existimationem multo sudore, labore, vigiliisque  
 collectam, ut si in hac causa nostrum officium ac diligen-  
 tiam probauerimus, haec quae dixi, retinere per Pop.  
 Ro. incolumia ac salua possimus: si tantulum offensum  
 titubatūque sit, ut ea, quae singulatim ac diu collecta  
 sunt, vno tempore vniuersa perdamus. Quapropter  
 Iudices vestrum est deligere quem existimetis fa-  
 cilium



cilimè posse magnitudinè causa ac iudicij sustinere fide, diligentia, cōsilio, autoritate. Vos si mihi Q. Cæcilium anteposueritis, ego me dignitate superatum non arbitrabor: Populus Romanus ne tam honestam seueram diligentemque accusationem, neque vobis placuisse, neque ordini vestro placere arbitretur, prouidete.

## ACCUSATIONIS

IN C. VERREM LIBER II.

BER II.

ORATIO V.



**Q**UOD erat optandum maximè Iudices, & quod vnum ad inuidiam vestri ordinis infamiamque iudiciorum sedandum maximè pertinebat, id non humano consilio, sed propè diuinitus datum atque oblatum vobis summo Reipubl. tempore videtur. Inueterauit enim iam opinio perniciosa Reipub. vobisque periculosa, quæ non modò Roma, sed & apud exteras nationes omnium sermone percrebuit: his iudicijs, quæ nunc sint, pecuniosum hominem, quamuis sit nocens, neminem posse damnari. Nunc in ipso discrimine ordinis iudiciorumque vestrorum, cum sint parati, qui concionibus & legibus hanc inuidiam Senatus inflammare coentur, reus in iudicium adductus est. C. Verres, homo  
vita



vita atq; factis, omnium iam opinione damnatus,  
 pecunie magnitudine, sua spe, ac predicatione ab-  
 solutus. Huic ego causa Iudices cum summa volun-  
 tate & expectatione Populi Rom. actor accessi, non  
 vt agerem inuidiam ordinis, sed vt infamie com-  
 muni succurrerem. adduxi enim hominem, in quo  
 recōciliare existimationem iudiciorum amissā, re-  
 dire in gratiā cum populo Romano, satisfacere ex-  
 teris nationib; possitis: depeculatorem ararij, vexa-  
 torem Asia, atq; Pāphylia, pradonem iuris vrbanij,  
 labem atque perniciem prouinciae Sicilia. De quo  
 si vos seuerè religioseq; iudicaueritis, autoritas ea,  
 quae in vobis remanere debet, heredit. Sin istius in-  
 gentes diuitiae iudiciorū religionem, veritatemq;  
 perfrigerint: ego hoc tamen assequar, vt iudicium  
 potius Reipublicae, quam aut reus iudicibus, aut ac-  
 cusator reo defuisse videatur. Equidem vt de me  
 cōfitear Iudices, cum multa mihi à C. Verre insidiae  
 terra mariq; factae sint, quas partim mea diligentia  
 deuitarim, partim amicorum studio, officioq; repu-  
 lerim: nunquā tamen, neq; tantum periculum mihi  
 adire visus sum, neq; tāto perē pertimui, vt nunc in  
 ipso iudicio. Neq; tātum me expectatio accusatio-  
 nis meae, cōcursusq; tāta multitudinis, quib; ego reb;  
 vehementissimè perturbor, cōmouet, quātum istius  
 insidiae nefariae, quas vno tempore mihi, vobis, M.  
 Glabrioni Praetori, socijs, exteris nationib; ordini,  
 nomini deniq; Senatorio facere conatur, qui ita di-  
 ctitat, ijs esse metuendū, qui quod ipsis solis satis es-  
 set, surripuissent: se tantum rapuisse, vt id multis  
 satis



*vis sua*  
*mit*
 satis esse possit. nihil esse tam sanctum, quod non violare: nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. Quod si quam audax est ad conandum, tam esset obscurus in agendo, fortasse aliqua in re nos aliquando fefellisset. verum hoc adhuc percomode cadit, quod cum incredibili eius audacia singularis stultitia coniuncta est. Nam ut apertus in corripendis pecuniis fuit, sic in spe corrupendi iudicij perspicua sua consilia, conatusque omnibus fecit. Semel ait se in vita pertimuisse, tum cum primum reus a me factus sit: quod cum e provincia recens esset, invidiaque et infamia conrecenti, sed vetere ac diuturna flagraret, tum ad iudicium corrupendum tempus alienum offenderet. Itaque cum ego diem in Sicilia inquirendi per exiguam postulauissem, inuenit iste, qui sibi in Achaia biduo breuiorem diem postularat: non ut idem conficeret diligentia, et industria sua, quod ego meo labore et vigilijs consecutus sum. Etenim ille Achaicus inquisitor ne Brudusium quidem peruenit: ego Sicilia totam quinquaginta diebus sic obij, ut omnium populorum, priuatorumque literas, iniuriasque cognoscerem: ut perspicuum cuius esse possit, hominem ab isto questum esse, non qui rem suam adduceret, sed qui meum tempus obsideret. Nunc homo audacissimus atque amentissimus hoc cogitat: intelligit me ita paratum atque instructum in iudicium venire, ut non modo in auribus vestris, sed in oculis omnium sua furta atque flagitia defixurus sim. Videt Senatores multos esse testes audaciae suae: videt multos equites Romanos, frequentes praeterea ciues atque socios, quibus ipse insignes.



insignes iniurias fecerit: videt etiam tot graues ab  
 amicissimis ciuitatibus legationes cum publicis au-  
 toritatibus ac testimonijs conuenisse. Quæ cum ita  
 fiat, vsque eò de omnibus bonis male existimat: vsq;  
 eò Senatoria iudicia perdit a profligataque esse ar-  
 bitratur, vt hoc palàm dicitur, nō sine causa se cu-  
 pidū pecunia fuisse, quoniā tātum in pecunia pra-  
 sidium experiatur esse: sese (id quod difficilimū fu-  
 erit) tēpus ipsum emisse iudicij sui, quo cetera faci-  
 lius emere posset: vt quoniā criminum vim subter-  
 fugere nullo modo poterat, procellā temporis deui-  
 taret. Quòd si nō modò in causa, verū etiā in aliquo  
 honesto prasidio, aut in alicuius eloquētia aut gra-  
 tia spem aliquam collocasset, profectò nō hæc omnia  
 colligeret atq; aucuparetur: non vsque eò despice-  
 ret, contemneretque ordinem Senatorium, vt arbi-  
 tratu eius deligeretur ex Senatu: qui reus fieret:  
 qui dum hic, qua opus essent, compararet, causā in-  
 terea ante eum diceret. Quibus ego rebus quid isto  
 speret, & quò animū intēdat, facile perspicio: quā-  
 obrem verò se confidat aliquid perficere posse hoc  
 Glabrione Pratore, & hoc consilio intelligere non  
 possum. Vnum illud intelligo, quod Prator in re-  
 iectione iudicium iudicauit, ea spe istum fuisse pra-  
 ditum, vt omnem rationem salutis in pecunia po-  
 neret: hoc erepto prasidio, vt nullam sibi rem ad-  
 iumento fore arbitraretur. Etenim quod est inge-  
 nium tantum? qua tanta facultas dicendi & co-  
 pia, qua istius vitam tot vitijs flagitijsq; conuictam,  
 tampridem omnium voluntate iudicioq; damnatā,  
 aliquo



aliqua ex parte possit defendere? Cuius ut adoles-  
 centia maculas ignominiasque, prætereã, *Quæstura*  
 primus gradus honoris, quid aliud habet in se, nisi *Cn.*  
*Carbonem* spoliatum à *Quæstore* suo pecunia publica?  
 nudatum & proditum *Cõsule*? desertum exercitum?  
 relictã *provinciam*? sortis necessitudinem, religio-  
 nemque violatã? Cuius *legatio* exitium fuit *Asia* to-  
 tius & *Pamphylia*: quibus in *provincijs* multas do-  
 mos, plurimas *vrbes*, omnia fana depeculatus est:  
 Cum in *Cn. Dolabellam* scelus suum illud pristinum  
 renouavit et instauravit *Quæstorium*: cum eum, cui  
*legatus*, & pro *Quæstore* fuisset, & in inuidiam suis  
 maleficijs adduxit, & in ipsis periculis non solum  
 deseruit, sed etiã oppugnauit ac prodidit. cuius *Præ-*  
*tura* *urbana* ædium sacrarum fuit, publicorumque  
 operum depopulatio: simul in iure dicendo bono-  
 rum possessionumque contra omnium instituta ad-  
 dictio, & condonatio. Iam verò omnium vitiorum  
 suorum plurima & maxima constituit morumen-  
 ta & indicia in *provincia Sicilia*: quam iste per tri-  
 ennium ita vexauit ac perdidit, ut ea restitui in  
 antiquum statum nullo modo possit: vix autem per  
 multos annos, innocentesque *Prætores* aliqua ex  
 parte recreati aliquando posse videatur. Hoc *præ-*  
*tore Siculi* neque suas leges, neque nostra *Senatus-*  
*consulta*, neque communia iura tenuerunt: tantum  
 quisque habet in *Sicilia*, quãtum hominis auarissi-  
 mi & libidinosissimi aut imprudentiam subterfu-  
 git, aut satietati superfuit. Nulla res per trienni-  
 um, nisi ad nutum istius iudicata est. nulla res tam  
 patria



tria cuiusquam atq; auita fuit, quæ nō ab eo, impe-  
 rio istius abiudicaretur. Innumerabiles pecunia ex-  
 aratorum bonis nouo nefarioque instituto coactæ:  
 socij fidelissimi in hostium numero existimati: ci-  
 ues Romani seruilem in modum cruciati & necati:  
 homines nocentissimi, propter pecuniam iudicio li-  
 berati: honestissimi atq; integerrimi absētes rei fa-  
 cti, indicta causa damnati atque eiectione: portus mu-  
 nitissimi, maxima tutissimaq; vrbes, piratis predo-  
 nibusq; patefactæ: nautæ, militesq; Siculorum, socij  
 nostri atq; amici fama necati: classes optimæ atque  
 opportunissimæ cum magna ignominia Pop. Rom.  
 amissæ & perditæ. Idem iste Prætor monimēta an-  
 tiquissima partim Regum locupletissimorū, quæ illi  
 ornamento urbibus esse voluerunt, partim etiam  
 nostrorum Imperatorum, quæ victores ciuitatibus  
 Siculis aut dederunt, aut tradiderunt, spoliauit,  
 nudauitque omnia. Neq; hoc solum in statuis publi-  
 cis ornamentisq; fecit, sed etiam delubra omnia san-  
 ctissimis religionibus consecrata depeculatus est.  
 Deū deniq; nullū Siculis, qui ei paulo magis affabre  
 atq; antiquo artificio factus videretur, reliquit. In  
 stupris verò et flagitijs nefarias eius libidines cōme-  
 morare pudore deterreor: simul illorum calamita-  
 tem cōmemorando augere nolo, quibus liberos cō-  
 iugesq; suas integras ab istius petulantia cōseruare  
 non licitum est. At enim hæc ita commissæ sūt ab isto  
 vt nō cognita sint ab omnib;. Hominem esse arbitror  
 neminē, qui nomen istius audierit, quin facta quoq;  
 eius nefaria cōmemorare possit, vt mihi magis time-



dum sit, ne multa crimina pratermittere, quam ne qua in istum fingere existimer. Neq<sup>3</sup> enim mihi videtur hac multitudo, qua ad audiedū cōuenit, cognoscere ex me causam voluisse: sed ea qua scit, mecū recognoscere. Quæ cum ita sint, iste homo amens ac perditus alia mecū ratione pugnat. nō id agitur, vt alicuius eloquentiam mihi opponat: nō gratia, non autoritate cuiusquam, nō potentia nititur: simulat his se rebus cōfidere, sed video quid agat, neq<sup>3</sup> enim agit occultissimè, proponit inania mihi nobilitatis, hoc est hominum arrogantium nomina, qui nō tam me impediunt, quōd nobiles sunt, quā adiuuāt q̄ noti sunt: simulat se eorum præsidio confidere, cum interea aliud quiddam iamdiu machinetur. Quam spem nunc habeat in manibus, & quid moliatur, breuiter iam Iudices exponam: sed prius vt ab initio res ab eo constituta sit, quaeso cognoscite. Vt primum è prouincia redijt, redemptio est huius iudicij facta grandi pecunia: mansit in conditione atque pacto vsque ad eum finem, dum iudices reiecti sunt. posteaquam reiectio iudicum facta est, quōd et in sortitione, istius spem fortuna Populi Romani, & in reijciendis iudicibus mea diligentia istorum impudentiam vicerat, renunciata est tota\* cōditio. Præclare se res habebat: libelli nominū vestrorum consiliq<sup>3</sup> huius in manibus erant omnium, nulla nota, null<sup>9</sup> color, nulla sordes videbantur his sententijs allini posse: cum iste repente ex alacri atq<sup>3</sup> leto, sic erat humilis, atq<sup>3</sup> demissus, vt non modò Populo Ro. sed etiam sibi ipse condemnatus videretur. Ecce all-

tem



eam repente, his diebus paucis, comitijs Cōsularibus  
 factis, eadem illa vetera cōsilia pecunia maiore re-  
 petuntur, eadem vestre fame, fortunis omnium in-  
 sidia per eosdem homines comparantur. Queres  
 primo iudices pertenui nobis argumento. indicioq;  
 patefacta est: post aperto suspicionis introitu ad c-  
 omnia intima istorum cōsilia, sine vllō errore peruc-  
 nimus. Nam vt Hortensius COS. designatus domum  
 reducebatur è cāpo cum maxima frequētia à mul-  
 tudine: fit obuiam casu ei multitudini C. Curio.  
 quem ego hominem honoris potius, quàm contume-  
 liae causa nominatum volo. Etenim ea dicā, quae il-  
 le si commemorari noluisset, non tanto in conuentu,  
 tam aperte, palāq; dixisset. quae tamen à me pōde-  
 rentim caute quae dicentur, vt & amicitiae nostrae,  
 & dignitatis illius habita ratio esse intelligatur.  
 Videt ad ipsum fornicem Fabianum in turba Ver-  
 rem: appellat hominem, & ei voce maxima vi-  
 ctoriam gratulatur: ipsi Hortensio, qui Consul e-  
 rat factus, propinquis necessarijs quae eius, qui tum  
 aderant, verbum nullum facit: cum hoc cōsistit, hūc  
 amplexatur, hunc iubet sine cura esse. renuncio, in-  
 quit tibi, te hodiernis comitijs esse absolutum. Quod  
 cum tam multi homines honestissimi audissent sta-  
 tim ad me defertur: immō verò, vt quisq; me vide-  
 rat, narrabat. alijs illud indignū, alijs ridiculū vi-  
 debatur: ridiculū ijs, qui istius causā in testiū fide,  
 in criminū ratioe, in iudicū potestate, nō in comitijs  
 Cōsularibus positā arbitrabantur: indignū ijs, qui  
 alius perspiciebant, & hanc gratulationem ad iu-  
 diciū



dicium corrupendum spectare arbitrabantur. Etenim sic ratiocinabantur, sic honestissimi homines inter se, & mecum loquebantur, aperte iam & perspicue nulla esse iudicia: qui reus pridie iam ipse se condemnatum putabat, is, posteaquam defensor eius Consul est factus, absoluitur. Quid igitur? quod tota Sicilia, quod omnes Siculi, omnes negotiatores, omnes publicæ privataque literæ Romæ sunt, nihilne id valebit? nihil inuito COS. designato. Quid iudices? non crimina, non testes, non existimationem Popul. Roman. sequentur? non omnia in vnius potestate ac moderatione vertentur. Verè loquar Iudices, vehementer me hæc res commovebat, optimus enim quisque ita loquebatur, Iste quidem tibi eripietur, sed nos nō tenebimus iudicia diutius: etenim quis poterit Verre absoluto de transferendis iudicijs recusare? Erat omnibus molestum: neque eos tam istius perditæ subita lætitia, quā hominis amplissimi noua gratulatio commovebat. Cupiebam dissimulare me id molestè ferre: cupiebam animi dolorem vultu tegere, & taciturnitate celare. eccè autem illis ipsis diebus, cum Prætores designati sortirentur, & M. Metello obtigisset, ut is de pecunijs repetundis quæreret: nunciatur mihi, tantam isti gratulationem esse factam, ut is quoque domum pueros mitteret, qui uxori suæ nunciaret. Sanè ne hæc quidem res mihi placebat: neque tantoperè quid in hac sorte metuendum mihi esset, intelligebam. vnum illud ex hominibus certis, ex quibus omnia comperi, reperiebam, fiscos cōplures cum

res cum



res cum pecunia Siciliensi à quodam Senatore ad Equitem Romanum esse translato: ex his quasi X. fiscos ad senatorem illum relictos esse comitiorum nomine, diuisores omnium tribuum noctu ad istum vocatos. Ex quibus quidam, qui se omnia mea causa facere debere arbitrabatur, eadem illa nocte ad me venit. demonstrat, qua iste oratione usus esset: commemorasse istam, quam liberaliter eos tractasset etiam antea, cum ipse Praturam petisset, & proximis Consularibus, Pratorijsq; comitijs: deinde esse pollicitum quantum vellēt pecuniae, si me Aedilitate deiecissent. hoc alios negasse audere, alios respondisse, nō putari id perfici posse: inuentum tamē esse fortem amicum ex eadem familia Q. Verrem Romilia, ex optima diuisorū disciplina, patris istius discipulum atq; amicū, qui HS. quingētis militibus depositis id se perfecturū polliceretur: & fuisse tamen nōnullos, qui se vnā facturos esse dicerent. quae cū ita essent, sanè beneuolo animo me, vt magnopere cauerē, praeuonebat. Sollicitabar rebus maximis vno, atq; eo per exiguo tempore. vrgebant comitia: & his ipsis oppugnabar grandi pecunia. instabat iudicium: ei quoq; negotio fisci Sicilienses minabātur. agere, quae ad iudicium pertinebant liberē, comitorū metu deterrebar. petitioni toto animo seruire propter iudicium nō licebat. minari deniq; diuisoribus ratio non erat, propterea quod eos intelligere videbā, me hoc iudicio districtū atq; obligatum futurum. Atque hoc ipso tempore Siculis denuntiatum esse audio, primum ab Hortensio, domum ad



illum ut venirent, Siculos sane in eo liberos fuisse: qui quamobrem accerferentur cum intelligeret, non venisse. Interea comitia nostra, quorum iste se, ut ceterorum hoc anno comitorum, dominum esse arbitratur, haberi coepta sunt. Cursare iste homo potens, cum filio blado & gratioso circum tribus, patres nos amicos, hoc est diuisores appellare omnes & conuenire. Quod cum esset intellectum & animaduersum, fecit animo libentissimo Popul. Rom. ut cuius diuitiae me de fide deducere non potuissent, ne eiusdem pecunijs de honore deicerer. Posteaquam illa petitionis magna cura liberatus sum, animo coepi multo magis vacuo ac soluto, nihil aliud nisi de iudicio agere, & cogitare. Reperio Iudices haec ab istis consilia inita & constituta, ut quacumque opus esset ratione, res ita duceretur, ut apud M. Metellum Praetore causa diceretur: in eo esse haec comoda: primum M. Metellum amicissimum, deinde Hortensium COS. non solum, sed etiam Q. Metellum, qui quam isti sit amicus, attēdite. dedit enim prerogatiua sua voluntatis eiusmodi, ut isti pro prerogatiuis iam reddidisse videatur. At metacituum tantis de rebus existimauistis? & in tanto Reip. existimationisq; meae periculo cuiquam consulturum potius, quam officio & dignitati meae? Accersit alter COS. designatus Siculos, veniunt nonnulli, propterea quod Q. Metellus esset Praetor in Sicilia: cum ijs ita loquitur, se Consulem esse, fratrem suum alterum Siciliam prouinciam obtinere, alterum esse quaesiturum de pecunijs repetendis, Verrine noceri possit multis rationibus.



tionibus esse prouisum. Quid est quæso Metelle iudiciū  
 corrumpere, si hoc nō est? testes, præsertim Siculos,  
 timidos homines & afflictos, non solum autoritate  
 deterrere, sed etiam Cōsulari metu, & duorū Præ-  
 torū potestate? Quid faceres pro homine innocente  
 & propinquo, cū propter hominē perditissimū atque  
 alienissimum de officio ac dignitate decedis? et cō-  
 mittis, ut quæ ille dicitur, alicui qui te ignorat, verū  
 esse videatur? Nā hoc Verrem dicere aiebant: te  
 nō fato, ut cæteros ex veſtra familia, sed opera sua  
 Cōsulem factum. Duo igitur COS. & quesitor erūt  
 ex illius voluntate. non solum effugiemus, inquit,  
 hominem in quærendo nimium diligentem, nimi-  
 um seruientem populi existimationi, M. Glabrio-  
 nem: accedet nobis etiam illud, iudex est M. Ceso-  
 nius Collega nostri accusatoris, homo in rebus iudi-  
 candis spectatus & cognitus: quem minime expe-  
 diat esse in eo consilio, quod conemur aliqua ratio-  
 ne corrumpere: propterea quod iam antea, cum  
 iudex in Iuniano consilio fuisset, turpissimum illud  
 facinus non solum grauer tulit, sed etiam in me-  
 dium protulit. hunc iudicem ex Cal. Ian. nō habe-  
 bimus. Q. Manilium, & Q. Cornificium duos se-  
 uerissimos atque integerrimos iudices, quod Trib.  
 Pl. tum erunt, iudices non habebimus. P. Sulpitius  
 iudex tristis & integer magistratum ineat necesse  
 est Nonis Decembr. M. Crepereius ex acerrima  
 illa Equestri familia & disciplina, L. Cassius ex  
 familia tum ad cæteras res, tum ad iudicādum se-  
 uerissima, Cn. Tremellius homo summa religione,



& diligentia, tres hi homines veteres Trib. milita-  
 res sunt designati, ex Cal. Ian. non iudicabūt. Sub-  
 sortiemur etiam in M. Metelli locum, quoniam is  
 huic ipsi quaestioni praefuturus est. Ita secundū Cal.  
 Ian. & Praetore. & propè toto consilio commutato,  
 magnas accusatoris minas magnāque iudicij expe-  
 ctationem ad nostrū arbitriū libidinēq; eludemus.  
 Nonæ sūt hodie Sextiles. hora nona cōuenire capi-  
 stis. hunc diem iā ne numerāt quidem. Decem dies  
 sunt ante ludos votiuos, quos Cn. Pōpeius facturū  
 est. hi ludi dies quindecim auferent; deinde conti-  
 nuò Romani consequentur. Ita prope quadraginta  
 diebus interpositis, tum denique se ad ea, quæ à no-  
 bis dicta erunt, responsuros esse arbitrantur. deinde  
 se ducturos & dicendo & \* accusando facile ad  
 ludos Victoria. cum his plebeios esse coniunctos, se-  
 cundum quos aut nulli, aut pauci dies ad agendum  
 futuri sunt. ita defessa ac refrigerata accusatione  
 rem integram ad M. Metellum Praetorem esse  
 venturā. quem ego hominem si eius fidei dissusus es-  
 sem, iudicem non retinuissem. Nunc tamen eo ani-  
 mo sum, vt eo iudice quàm Praetore hanc rē trans-  
 igi malim: & iurato suam, quàm iniurato aliorum  
 tabellas committere. Nunc ego iudices iam vos  
 consulo, quid mihi faciendum putetis. id enim cōsi-  
 lij mihi profectò taciti dabit, quod egomet mihi  
 necessariò capiendum intelligo. Si vtar ad dicen-  
 dum meo legitimo tempore, mei laboris, industria,  
 diligentiaque capiam fructum: & ex accusatione  
 perficiam, vt nemo vnquam post hominum memo-  
 riam



riam paratior, vigilantior, compositior ad iudici-  
 um venisse videatur. sed in hac laude industria  
 mea, reus ne elabatur summum periculum est.  
 Quid est igitur, quod fieri possit? non obscurum opi-  
 nor, neque absconditum. fructum istum laudis, qui  
 ex perpetua oratione percipi potuit, in alia tempo-  
 ra reseruemus: nunc hominem tabulis, testibus pri-  
 uatis publicisque literis, autoritatibusque accusemus.  
 Res omnis mihi tecum erit Hortensi: dicam aperte.  
 si te mecum dicendo, ac diluendis criminibus in hac  
 causa contendere putarem, ego quoque in accusan-  
 do, atque in explicandis criminibus operam consu-  
 merem. Nunc quoniam pugnare contra me institu-  
 isti, non tam ex tua natura, quam ex istius tempore  
 & causa, malitiosè necesse est istiusmodi rationi  
 aliquo consilio obsistere. Tua ratio est, ut secundum  
 binos ludos mihi respondere incipias: mea, ut ante  
 primos ludos comprehendinem. ita fiet ut tua ista ra-  
 tio existimetur astuta, meum hoc consiliū necessari-  
 um. Verum id quod instituerā dicere, mihi rem te-  
 cum esse, huiusmodi est. Ego cū hanc causā Siculo-  
 rū rogatu recepissem, idque mihi amplū & praeclarū  
 existimassem, eos velle meae fidei diligentiaque peri-  
 culū parcere, qui innocentiae abstinentiaque fecissent.  
 tū suscepto negotio maius mihi quiddā proposui, in  
 quo meā in Remp. voluntatē Po. Ro. perspicere pos-  
 set. Nā illud mihi nequaquā dignū industria, cona-  
 tuque meo videbatur, istum à me in iudiciū iā omnium  
 iudicio cōdemnatum vocari, nisi ista tua intolera-  
 bilis potētia, & ea cupiditas, qua per hosce annos in  
 C 5 quibus-



*busdā iudicijs vsus es, etiam in istius hominis despe-*  
*rati causa interponeretur. Nunc verò, quoniā hac*  
*te omnis dominatio, regnumq; iudiciorum tātoperè*  
*delectat: & sunt homines, quos libidinis, infamiq;*  
*sua neque pudeat, neque tædeat, qui quasi de indu-*  
*stria in odium offensionemq; Pop. Rom. irruere vi-*  
*deātur: hoc me profiteor suscepisse, magnum fortas-*  
*se onus, & mihi periculosum, veruntamē dignum in*  
*quo omnes nervos etatis industriaq; mea cõtende-*  
*rem. Quoniā totus ordo paucorum improbitate &*  
*audacia permittitur, & vrgetur infamia iudicio-*  
*rū, profiteor huic generi hominū me inimicū, accu-*  
*satorem odiosum, assiduum, acerbum aduersarium.*  
*hoc mihi sumo, hoc mihi depono, quòd & agam in*  
*magistratu, quòd & agā ex eo loco, ex quo me Pop.*  
*Rom. ex Cal. Ian. secū agere de Rep. ac de homini-*  
*bus improbis voluit. hoc munus Aedilitatis mea Po.*  
*Rom. amplissimorum pulcherrimorumq; polliceor.*  
*moneo, praedico, antè denūcio, qui aut deponere, aut*  
*recipere, aut accipere, aut polliceri, aut interpretes*  
*corrumpendi iudicij solent esse: quiq; ad hāc rem*  
*aut potentiam, aut impudentiā suam professi sunt,*  
*abstineant in hoc iudicio man<sup>u</sup> animosq; ab hoc sce-*  
*lere nefario. Erit tum Consul Hortensius cum sum-*  
*mo imperio, & potestate: ego autem Aedilis, hoc est*  
*paulo amplius quā priuatus. Tamen hac huiusmo-*  
*di res est, quam me acturum esse polliceor, ita Pop.*  
*Rom. grata atq; iucunda, vt ipse COS. in hac causa*  
*pra me minus etiamsi fieri possit, quā priuatus esse*  
*videatur. omnia non modò commemorabuntur, sed*  
*etiam*



etiã expositis certis rebus agentur, quæ intra decem annos, posteaquam iudicia ad Senatum translata sunt, in rebus iudicandis nefariè flagitioseq; facta sunt. Cognoscet ex me Pop. Rom. quid sit, quamobrem cū Equester ordo iudicaret annos propè quinquaginta cōtinuos nullo iudice Equit. Ro. iudicãte, ne tenuissima quidẽ suspicio acceptæ pecuniæ ob rē iudicandam constituta sit: quid sit, quòd iudicijs ad Senatorium ordinem trãslatis, sublatãq; Po. Ro. in vnumquenq; nostrorum potestate, Q. Calidius damnat⁹ dixerit, minoris HS. XXXM. Prætorium hominem honestè non posse damnari. quid sit, q̄ P. Septimio Senatore damnato Q. Hortensio Prætoře de pecunijs repetundis, lis æstimata sit eo nomine, quod ille ob rem iudicandam pecuniam accepisset, quòd in C. Herennio, quòd in C. Popilio Senatoribus, qui ambo peculatus damnati sunt, quòd in M. Attilio, qui de maiestate damnatus est, hoc planum factum est, eos pecuniam ob rem iudicandam accepisse, q̄ inuenti sunt Senatores, qui C. Verre Pr. urbano, fortiēte, exirent in eum reum, quem incognita causa cōdemnarent, quòd inuentus est Senator, qui cū iudex esset, in eodem iudicio ab reo pecuniam acciperet, quam iudicibus diuideret, & ab accusatore, vt reum damnaret. Iã verò quomodo illam labem, ignominiam calamitatemq; totius ordinis conquerar? hoc factum esse in hac civitate, cū Senatorius ordo iudicaret, vt discoloribus signis, iuratorũ hominum sententiæ notarentur? hæc omnia me diligenter seuerèq; acturum esse polliceor. Quo me tandem



de animo fore putetis, si quid in hoc ipso iudicio intellexero simili aliqua ratione esse violatum atque commissum? cum praesertim planum facere multis testibus possim, C. Verrem in Sicilia multis audientibus saepe dixisse, se habere hominem potentem, cuius fiducia provinciam spoliaret: neque sibi soli pecuniam quaerere, sed ita triennium illud Praeturae Siciliae distributum habere, ut secum praecclare agi diceret, si unius anni questum in rem suam converteret, alterum patronis & defensoribus suis traderet, tertium illum vberimum questuosissimumque annum totum iudicibus reseruet. Ex quo mihi venit in mentem illud dicere, quod apud M. Glabrionem nuper cum in reijciendis iudicibus commemorassem, intellexi vehementer Pop. Rom. commoueri: me arbitrari fore, ut nationes externae Legatos ad Pop. Rom. mitterent, ut lex de pecuniis repetundis iudiciumque tolleretur. si enim iudicia nulla sint, tantum unumquemque ablaturum putant, quantum sibi ac liberis suis satis esse arbitrentur. Nunc quod eiusmodi iudicia sint, tantum unumquemque auferre, quantum sibi patronis: advocatis, Praetoribus, iudicibus satis futurum sit. hoc profecto infinitum esse: se auarissimi hominis cupiditati satisfacere posse, nocentissimae victoriae non posse. O commemoranda iudicia, praeclearaque existimatione nostri ordinis, cum socij Po. Ro. iudicia de pecuniis repetundis fieri volunt, quae a maioribus nostris sociorum causa comparata sunt. An iste unquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset? Quo ma-



iore etiam si fieri potest, apud vos odio esse debet,  
 quam est apud Pop. Rom. cum in auaritia, scelere,  
 periurio vos sui similes esse arbitretur. Cui loco per  
 deos immortales iudices consulite ac prouidete.  
 moneo, prædicoq; id quod intelligo, tempus oppor-  
 tunissimum nobis hoc diuinitus datum esse, vt odio,  
 inuidia, infamia, turpitudine totum ordinem libe-  
 retis. nulla in iudicijs seueritas, nulla religio, nulla  
 deniq; iam existimantur esse iudicia. itaque à Pop.  
 Rom. contemnimur, despiciuntur, graui diuturnaq;  
 iam flagramus infamia. Neq; enim vllam aliam ob  
 causam Populus Romanus tribunitiam potestatem  
 tanto studio requisit: quã cum poscebat, verbo il-  
 lam poscere videbatur, re vera iudicia poscebat.  
 Neq; hoc Q. Catulum hominem sapientissimũ atq; *vix iudicem*  
 amplissimum fugit, qui Cn. Pompeio viro fortissimo  
 & clarissimo de tribunitia potestate referente, cũ  
 esset sententiam rogatus, hoc initio est summa cum  
 autoritate vsus, Patres conscriptos iudicia malè &  
 flagitiosè tueri, quòd si in rebus iudicandis Pop. Ro.  
 existimationi satisfacere voluissent, non tantopere  
 homines fuisse tribunitiam potestatem desideratu-  
 ros. Ipse deniq; Cn. Pompeius, cum primũ concionem  
 ad urbem COS. designatus habuit, vbi, id quod ma-  
 ximè expectari videbatur, ostendit se tribunitiam  
 potestatem restitutum, factus est in eo strepitus, &  
 grata concionis admurmuratio. Idem in eadẽ con-  
 cione cum dixisset populatas vexatasq; esse prouin-  
 cias, iudicia autem turpia & flagitiosa fieri, ei rei  
 se prouidere ac consulere velle: tu verò nõ strepitu,  
 sed



*Si quis  
affertur*

*Clari pro  
feruntur*

sed maximo clamore sua Pop. Rom. significavit voluntate. Nunc aut homines in speculis sunt, observant quemadmodum se unusquisque vestrum gerat in retinenda religione, conseruandisque legibus: vident adhuc post legem tribunitiam unum Senatorem vel tenuissimum esse damnatum. quod tamen non reprehendunt, tamen magnopere quod laudent, non habent. Nulla est enim laus, ibi esse integram, ubi nemo est, qui aut possit, aut conetur corrumpere. Hoc est iudicium, in quo vos de reo, Pop. Rom. de vobis iudicabit: in hoc homine statuetur, possitne Senatoribus iudicantibus homo nocentissimus pecuniosissimusque, damnari. Deinde est huiusmodi reus, in quo homine nihil sit, praeter summa peccata, maximaque pecuniam: ut si libertus sit, nulla alia suspitio, nisi ea que turpissima est, residere possit. non gratia, non cognatione, non alijs recte factis, non denique, aliquo mediocri vitio, tot tantaque eius vitia subleuata esse existimabuntur. Postremo ego causam sic agam iudices, eiusmodi res, ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferam, ut nemo a vobis ut istum absoluat per gratiam conetur contendere. Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus inuestigare & consequi possim. Ita res a me agetur, ut in eorum consilijs omnibus non modo aures hominum, sed etiam oculi Populi Romani interesse videantur. Vos aliquod iam per annos conceptant huic ordini turpitudinem atque infamiam delere ac tollere potestis. Constat inter omnes, posthas constituta iudicia, quibus nunc utimur,

*nullum*



nullum hoc splendore, atq; hac dignitate consilium  
 fuisse. Hic si quid erit offensum, omnes homines non  
 iam ex eodem ordine alios magis idoneos, quod fieri  
 non potest, sed alium omnino ordinem ad res iudi-  
 candas quarendum arbitrabuntur. Quapropter pri-  
 mum ab dijs immortalibus, q̄ sperare mihi videor,  
 hoc idē Iudices peto, ut in hoc iudicio nemo impro-  
 bus, prater eum, qui iam pridem inuentus est, repe-  
 riat. deinde si plures improbi fuerint. hoc vobis,  
 hoc Populo Rom. Iudices confirmo, vitā me herculē  
 mihi prius, quā vim perseuerantiāq; ad illorum  
 improbitatem persequendam defuturam. Verūm  
 q̄ ego laboribus, periculis, inimicitijsq; meis, tum,  
 cum admissum erit, dedecus seuerē me persecutu-  
 rum esse polliceor: id ne accidat, tu tua sapientia, au-  
 thoritate, diligētia M. Glabrio potes providere. sus-  
 cipe causam iudiciorum: suscipe causam seueritatis, *Montano*  
 integritatis, fidei, religionis: suscipe causā Senatus,  
 ut is hoc iudicio probatus, cum Pop. Rom. & in lau-  
 de, & in gratia esse possit. Cogita qui sis, quo loco:  
 quid dare Populo Rom. quid reddere maioribus tuis  
 debeas. Fac tibi paterna legis Acilia veniat in men-  
 tem, qua lege populus Romanus de pecunijs repe-  
 tundis optimis iudicijs seuerissimisq; iudicibus vsus  
 est. Circumstāt te summa auctoritates, quæ te obli-  
 uisci laudis domesticæ nō sināt: quæ te dies noctesq;  
 commoneant, fortissimum tibi patrem, sapientissi-  
 mum auum, grauissimum socerum fuisse. Quare si  
 Glabrionis patris vim & acrimoniam cœperis ad  
 resistendum hominibus audacissimis, si aui Sceuolæ  
 pruden-



prudentiam ad prospiciendas insidias, quæ tuæ atq;  
 horum fama comparantur, si soceri Scauri constan-  
 tiam, ut ne quis te de vera & certa possit sententia  
 dimouere, intelliget Pop. Ro. integerrimo atq; ho-  
 nestissimo Prætorē, delectoq; consilio nocenti reo  
 magnitudinem pecuniæ plus habuisse momenti ad  
 suspicionem criminis, quā ad rationem salutis. Mi-  
 hi certum est non cōmittere, ut in hac causa Prætor  
 nobis consiliūq; mutetur: nō patiar rem in id tem-  
 pus adduci, ut Siculi, quos adhuc serui designatorū  
 COSS. non mouerunt, cū eos nouo exemplo vni-  
 uersos arcesserent, eos tum lictores Consulū vo-  
 cent: ut homines miseri, antea socij atq; amici Pop.  
 Ro. nunc serui ac supplices, non modò ius suum, for-  
 tunasq; omnes eorum imperio amittant, verum e-  
 tiam deplorandi iuris sui potestatem non habeant.  
 Non sinam profectò causa à me perorata XL. die-  
 bus interpositis, tum nobis deniq; respondeant, cū  
 accusatio nostra in obliuionem diuturnitate addu-  
 cta sit. Non committam, ut tum res iudicetur, cum  
 hæc frequentia totius Italiae Roma discesserit, quæ  
 conuenit vno tempore vndiq; comitorum, iudicio-  
 rum, censendiq; causa. huius iudicij, & laudis fru-  
 ctum, & offensionis periculum, vestrum laborem  
 sollicitudinēq; nostram: scientiam quid agatur,  
 memoriāq; quid à quoq; dictum sit, omnium pu-  
 to esse oportere. Faciam hoc non nouum, sed ab ijs,  
 qui nūc principes nostræ ciuitatis sunt, antè factū,  
 ut testib. vtar statim. Illud à me nouum iudices co-  
 gnoscetis, quod ita testes constituā, ut crimen totū  
 expli-



explicem: vbi id interrogādo, argumentis atq; oratione firmauero, tum testes ad crimen accommodē: vt nihil inter illam vsitatam accusationem, atque hanc nouam intersit, nisi quod in illa tunc, cū omnia dicta sunt, testes dātur, hic in singulas res dabūtur: vt illis quoq; eadem interrogandi facultas, argumentandi, dicendiq; sit. Si quis erit, qui perpetuam orationem accusationemq; desideret: altera actione audiet. Nunc id quod facimus, ea ratione facimus, vt malitia illorum cōsilio nostro occurramus, necessario fieri intelligat. Hæc primæ actionis erit accusatio. Decimus C. Verrem, cū multa libidinosè, multa crudeliter in ciues Rom. atq; in socios, multa in deos hominesq; nefariè fecerit, tū præterea \* CCCC. sestertia ex Sicilia contra leges abstulisse. hoc testibus, hoc tabulis, priuatis publicisque autoritatibus, ita vobis planum faciemus, vt hoc statuatis, etiam si spatium ad dicendum nostro commodo, vacuosque dies habuissemus, tamen oratione longa nihil opus fuisse.

\* quadri-  
ngenti-  
es sestertium.

ACCUSATIONIS  
IN C. VERREM LIBER III.

ORATIO VI.

**N**EMINEM vestrum ignorare arbitror Iudices, hunc per hosce dies sermonem vulgi, atq; hanc opinionem Pop. Rom.

D

fuisse



fuisse, C. Verrem altera actione respōsurum non fuisse, neq; ad iudicium affuturum. Quae fama non idcirco solū emanārat, q̄ iste certē statuerat ac deliberauerat, non adesse: verū etiam, quōd nemo quēquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitratur, qui tā nefarijs criminibus, tā multis testibus euictus, ora iudicū aspicere, aut os suum Po. Rom. ostendere auderet. Est idem Verres qui fuit semper, vt ad audendum proiectus, sic paratus ad audiendum. praeſtō est, respondet, defenditur. ne hoc quidem sibi reliqui fecit, vt in rebus turpissimis, cū manifestō teneatur, si reticeat, & absit, tamen impudentiae suae pudētem exitum quaesisse videatur. Patior Iudices, & non molestē ferō me laboris mei, vos virtutis vestrae fructum esse laturos. Nam si iste id fecisset, quōd primo statuerent, vt non adesset, minus aliquanto quā mibi opus esset, cognosceretur, quid ego in hac accusatione comparanda constituendaq; elaborassem: vestra verō laus tenuis planē atq; obscura Iudices esset. Neque enim hoc à vobis Pop. Rom. expectat: neq; eo potest esse contentus, si condemnatus sit is, qui adesse noluerit, & si fortes fueritis in eo, quem nemo sit ausus defendere: immō verō adsit, respondeat, summis opibus, summo studio potentissimorum hominum defendatur. certet mea diligentia cum illorum omnium cupiditate: vestra integritas cum istius pecunia: testium constātia cū illius patronorum minis atq; potentia. Tum demum illa victa videbuntur, cū in cōtentionem certamenq; venerint. Absens si iste esset

damna

Causa  
- 4 -



damnatus, non tam ipse sibi consuluisse, quā inuidisse  
 se vestra laudi videretur. Neq; enim salus vlla ma-  
 ior Reip. hoc tempore reperiri potest, quā Po. Ro.  
 intelligere, diligenter reiectis ab accusatore iudici-  
 bus, socios, leges, Remp. Senatorio consilio maximè  
 posse defendi. neq; tanta fortunis omnium perniciēs  
 potest accedere, quā in opinione Po. Rom. rationem  
 veritatis, integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine  
 abiudicari. Itaque mihi videor magnam, & maxi-  
 mē egram, & propè depositam Reip. partem susce-  
 pisse: neq; in eo magis mea, quā vestra laudi existi-  
 mationiq; seruisse. Accessi enim ad inuidiā iudicio-  
 rum leuandam, vituperationemq; tollendam: vt cū  
 hac res pro voluntate Po. Ro. esset iudicata, aliqua  
 ex parte mea diligētia constituta autoritas iudici-  
 orum videretur. Postremò vt esset hoc iudicatū, vt  
 finis aliquādo iudiciaria cōtrouersia cōstitueretur.  
 Etenim sine dubio Iudices in hac causa ea res in  
 discrimine adducitur: reus est enim nocentissimus, quī  
 si condenetur, desinent homines dicere: his iudicijs  
 pecuniā plurimū posse: sin absoluitur desinemus nos  
 de iudicijs transferendis recusare. tametsi de abso-  
 lutione istius, neq; iam sperat, nec Po. Ro. metuit. De  
 impudentia singulari, q̄ adest, quod respondet, sunt  
 qui mirentur: mihi pro cetera eius audacia, atq; a-  
 mentia, ne hoc quidem mirandū videtur. multa e-  
 nim & in deos, & in homines impiè nefarieq; com-  
 misit, quorum scelerum pœnis agitur, & à mente  
 consilioq; deducitur. Agunt eum præcipitè pœna ci-  
 uium Rom. quos partim securi percussit, partim in

Ipsi p. ad am  
 in. in. b.  
 lio. no.  
 suscipi. no.



vinculis nec auit, partim implorantes iura libertatis & ciuitatis, in crucem sustulit. Rapiunt eum ad supplicium dii patrij, quod iste inuentus est, qui è cōplexu parentum abreptos filios ad necem duceret, & parentes pro sepultura liberū posceret. Religiones verò, ceremoniæq; omnium sacrorum sanctorumq; violatae: simulacraq; deorum, quae non modò ex suis templis ablata sunt, sed etiam iacent in tenebris ab isto retrusa atq; abdita, consistere eius animum sine furore atq; amentia nō sinūt. Neq; iste mihi videtur se ad damnationem offerre solū, neque hoc auaritia supplicio communi, qui tot sceleribus se obstrinxerit, contentus esse: singularē quādam pœnam istius immanis atq; importuna natura desiderat. non id solum queritur, vt isto damnato bona restituantur ijs, quibus erepta sunt: sed & religiones deorum immortalium expianda, & ciuium Rom. cruciatus, multorumq; innocentium sanguis, istius supplicio luendus est. Non enim furē, sed ereptorem: non adulterum, sed expugnatorem pudicitiae: non sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumq;: non sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium sociorumq; in vestrum iudicium adduximus: vt ego hunc vnum eiusmodi reum post hominum memoriam fuisse arbitrer, cui damnari expediret. Nā quis hoc nō intelligit, istū absolutū dijs hominibusq; inuitis, tamen ex manibus Po. Ro. eripi nullo modo posse? quis hoc non perspicit, praclarè nobiscum actum iri, si Po. Ro. istius vnus supplicio contentus erit? ac non sic statuerit, nō istum maius in se se sce-

*Asyndeta*

*phrasin*



se scelus cōcepisse, cū fana spoliarit, cū tot homines innocentes necārit, cū ciues Ro. morte, cruciatu, cruce affecerit, cū prædonū duces accepta pecunia dimiserit, quā eos si qui istum tot, tantis, tam nefarijs sceleribus coopertum iurati sentētia sua liberarent? Non est, non est ~~in hoc~~ homine cui quā peccandi locus Iudices. non is est reus, non id tempus, non id consilium (metuo ne quid arrogantius apud tales viros videar dicere) ne actor quidem est is, cui reus, tam nocens, tam perditus, tam vietus, aut occultè surripi, aut impunè eripi possit. His ego iudicibus nō probabo C. Verrem contra leges pecunias cepisse? sustinebunt tales viri se tot Senatoribus, tot Equitibus Rom. tot ciuitatibus, tot hominibus honestissimis ex tam illustri prouincia, tot populorum, priuatorumq; literis non credidisse? tanta Pop. Rom. voluntati restitisse? sustineant: reperiemus, si istum viuum ad aliud iudicium perducere potuerimus, quibus probemus istum in Quæstura pecuniam publicā Cn. Carboni COS. datam auertisse: quibus persuadeamus istū alieno nomine à Quæstoribus vrbanis, quod priore actione didicistis, pecuniam abstulisse. Erunt, qui in eo quoq; audaciam eius reprehendāt, quòd aliquot nominibus de capite quantum cōmodum fuerit, frumenti decumani detraxerit. Erunt etiam fortasse Iudices, qui illum eius peculatum vel acerrimè vindicandum putent, quòd iste M. Marcelli, & P. Africani monumenta, qua nomine, illorū, re vera Pop. Rom. & erant & habebantur, ex fanis religiosissimis, ex vrbibus sociorum atque amico-

*si iudicibus  
de f. i. i. i.*

*re f. i. i. i.*



rum non dubitauerit auferre. Emerferit ex peculatus etiam iudicio: meditetur de ducibus hostium, quos accepta pecunia liberavit: videat, quid de illis respondeat, quos in eorum locum subditos domi suae reseruauit: querat non solum, quemadmodum nostro crimini, verum etiam quo pacto suae confessioni possit mederi: meminerit se priore actione clamore Popul. Rom. infesto, atque inimico excitatum confessum esse, duces à se prae donum securi non esse percussos: se iam tum esse veritum, ne sibi crimini daretur, eos ab se pecunia liberatos: fateatur, id quod negari non potest, se priuatum hominem prae donum duces viuos atque incolumes domi suae, posteaquam Romam redierit, usque dum per me licuerit, tenuisse: hoc in illo maiestatis iudicio si licuisse sibi ostenderit, ego oportuisse concedam. Ex hoc quoque euaserit: proficiscar eò quò me iam pridem vocat Pop. Rom. de iure enim libertatis & ciuitatis suum putat esse iudicium, & rectè putat. Confringat iste ante visua consilia Senatoria, quaestiones omnium perumpat, euolet ex vestra seueritate. mihi credite arctioribus apud Pop. Rom. laqueis tenebitur, credet ijs Equitibus Ro. Pop. Rom. qui ad vos ante producti testes, ipsis inspectantibus ab isto ciuem Rom. qui cognitores homines honestos daret, sublatum esse in crucem dixerunt. credent omnes V. & XXX. tribus homini grauisimo atque ornatissimo M. Antonio, qui se presente ciue Re. securi percussum esse dixit. audietur à Pop. Ro. vir primarius Eques Ro. L. Flavius. qui suam familiarem Herennium

ego

manu  
frigit

quis in usum  
sic



negotiatorem ex Africa, cum eum Syracusis amplius  
 centum ciues Ro. cognoscerent, lachrymantesque, defen-  
 derent, pro testimonio dixit securi esse percussu. pro-  
 babit fidem & autoritate, & religionem suam. L. Sue-  
 tius homo omnibus ornamentis praeditus, qui iuratus  
 apud vos dixit, multos ciues Rom. in latumijis istius  
 imperio crudelissime per vim morte esse multatos.  
 Hanc ego causam cum agam beneficio Pop. Roman.  
 de loco superiore, non vereor ne aut istum vis vlla ex  
 Pop. Rom. suffragijs eripere: aut a me vllum munus  
 Aedilitatis amplius aut gratius Po. Rom. esse possit.  
 Quapropter oes in hoc iudicio conentur omnia. nihil  
 est iam, quod in hac causa peccare Iudices quisquam,  
 nisi vestro periculo, possit. Mea quidem ratio cum in  
 praeteritis est reb. cognita, tum in reliquis explora-  
 ta atque prouisa est. Ego meum studium in Remp. iam  
 illo tempore ostendi, cum longo interuallo veterem con-  
 suetudinem retuli, & rogatu sociorum atque amicorum  
 Po. Ro. meorum autem necessariorum, nomen homi-  
 nis audacissimi detuli. Quod meum factum lectissi-  
 mi viri atque ornatissimi, quo in numero est vobis com-  
 plures fuere, ita probarunt, ut ei, qui istius Quaestor  
 fuisset, & ab isto laesus, inimicitias iustas persequere-  
 retur, non modo deferendi nominis, sed ne subscriben-  
 di quidem, cum id postularet, facerent potestatem.  
 In Siciliam sum inquirendi causa profectus: quo in  
 negotio industria mea celeritas reditionis, diligen-  
 tiam multitudo literarum et testium declarauit: pudor-  
 nem vero ac religionem, quod cum venissem Senator ad-

i. i. i. i. i.  
 n. i. i.



socios Pop. Ro. qui in ea prouincia Quaestor fuissent,  
 ad hospites meos ac necessarios, causa cōmunis de-  
 fensor, diuerti potius, quā ad eos, qui à me auxiliū  
 petiuissent. Nemini meus aduentus labori aut sum-  
 ptui, neq; publicè neq; priuatim fuit. Vim in inqui-  
 rēdo tantā habui, quantā mihi lex dabat: nō quan-  
 tā habere poteram istorū studio, quos iste vexârat.  
 Romam vt ex Sicilia redij, cū iste, atq; istius ami-  
 ci homines lauti & urbani, sermones huiuscemodi  
 dissipassent, quō animos testium retardarēt, me ma-  
 gna pecunia à vera accusatione esse deductum: ta-  
 metsi probabatur nemini, quōd & ex Sicilia testes  
 erant ij, qui Quaestorem me in prouincia cognoue-  
 rant, & hinc homines maxime illustres, qui vt ipsi  
 noti sunt, sic nostrum vnumqueng; optime norunt:  
 tamen vsq; eō timui, ne quis de me a fide atq; inte-  
 gritate dubitaret, donec ad reijciendos Iudices ve-  
 nimus. Sciebam in reijciendis Iudicibus nonnullos  
 memoria nostra pactionis suspicionem non vitasse,  
 cum in ipsa accusatione eorum industria ac diligē-  
 tia probaretur. Ita reieci Iudices, vt hoc cōstet, post  
 hunc statum Reip. quo nunc vtimur, simili splēdore  
 & dignitate consilium nullum fuisse. Quam iste lau-  
 dem communem ait sibi esse mecum, qui cū P. Gal-  
 bam iudicem reiecisset, M. Lucretiū retinuit: & cū  
 eius patronus ex eo quæreret, cur suos familiarissi-  
 mos Sex Peduceum, Q. Cōsidium, Q. Iunium reijci  
 passus esset, respondit, quōd eos in iudicando nimi-  
 um sui iuris sententiaque cognosceret. Itaq; iudici-  
 lus reiectis sperabam iam onus meum vobiscum esse  
 com-

lausum  
 & urbani  
 sermonum  
 haberi

ualde  
 timui



commune: putabam non solum notis, sed etiam igno-  
 ris probatam meam fidem esse & diligentiam quod  
 me non fefellit. Nam comitijs meis, cum iste in finitima  
 largitione contra me vteretur, P. R. iudicavit istius  
 pecuniam, quae apud me contra fidem meam nihil  
 potuisset, apud se contra honorem meum nihil posse  
 debere. Quo quidem die primum Iudices citati in  
 hunc reum confestim, quis tam inimicus huic ordi-  
 ni fuit, quis tam nouarum rerum, iudiciorum, iudicium  
 que cupidus, qui non conspectu, consessuque vestro com-  
 moueretur? Cum in eo vestra mihi dignitas fructum  
 diligentiae referret, id sum assecutus, ut vna hora,  
 qua coepi dicere, reo audaci pecunioso, profuso, per-  
 dito spe iudicij corrumpendi praeciderem: ut primo  
 die testium tanto numero citato Po. Ro. iudicaret,  
 ipso absoluto Remp. stare non posse: ut alter dies ami-  
 cis istius & defensoribus non modo spem victoriae,  
 sed etiam voluntatem defensionis auferret: ut ter-  
 tius dies sic hominem prosterneret, ut morbo simu-  
 lato non quid responderet, sed quemadmodum non  
 responderet, deliberaret: deinde reliquis diebus, his  
 criminibus, his testibus, & urbanis, & provincialibus  
 sic obrutus atque oppressus est, ut his ludorum diebus  
 interpositis nemo istum comperendinatum sed con-  
 demnatum iudicaret. Quapropter ego, quod ad me  
 attinet Iudices, vici: non enim spolia C. Verris, sed  
 existimationem Pop. Rom. concupiui. Meum fuit,  
 cum causa accedere ad accusandum. quae causa  
 fuit iustior, quam a tam illustri provincia defensore  
 constitui et deligi? Reip. consulere. quid iam Reip. ho-

*re' p' d' l' d'**Ad s' y' m' d' d'**Re' h' h' y'  
d' r' a' i' e' r' e'**Re' s' t' a' s'*



nestius, quam in tāta inuidia iudiciorum adducere  
 hominem, cuius damnatione totus ordo cum P. R. &  
 in laude, & in gratia possit esse? ostendere ac per-  
 suadere hominem nocentem adductum esse. quis est  
 in P. R. qui hoc non ex priore actione abstulerit: om-  
 nium ante damnatorum scelera, furta, flagitia, si  
 in vnum locum conferantur, vix cum huius parua  
 parte equari, conferriq; posse? Vos, quod ad ve-  
 stram famā, existimationem, salutemque commu-  
 nem pertinet Iudices, prospicite, atque consulite.  
 Splendor vester facit, vt peccare sine summo Reip.  
 detrimento, ac periculo non possitis. Non enim po-  
 test sperare P. R. esse alios in senatu, qui recte pos-  
 sint iudicare, vos si non potueritis, necesse est cum  
 de toto ordine desperarit, aliud genus hominum,  
 atque aliam rationem iudiciorum requirat. Hoc  
 si vobis idē leuitis videtur, quod putatis onus esse  
 graue & incōmodum iudicare: intelligere debetis  
 primum interesse, vtrum id onus vosmetipsi reiece-  
 ritis: an quod probare Po. Ro. fidem vestram & re-  
 ligionem non potueritis, eō vobis iudicandi potestas  
 erepta sit. deinde etiam illud cogitare, quanto peri-  
 culo venturi simus ad eos iudices, quos propter o-  
 diū vestri Po. Ro. de vobis voluerit iudicare. Verum  
 vobis dicam id q̄ intellexi Iudices: homines scitote  
 esse quosdā, quos tantum odiū vestri ordinis teneat,  
 vt hoc palā iam dicant, se istum quem sciunt esse  
 hominū improbissimū, hoc vno nomine absolui vel-  
 le, vt ab senatu iudicia per ignominiam turpitudi-  
 nemq; auferantur. Hac me Iudices pluribus verbis  
 vobis-

& iudicat  
 omnia  
 scilicet  
 furta



vobiscū agere coegit non timor meus de vestra fide,  
 sed spes illorū noua, quæ cum Verrē à porta subito  
 ad iudicium retraxisset, nonnulli suspicati sunt non  
 sine causa illius cōsiliū tam repente esse mutatum.  
 Nunc ne nouo quarimonia genere vti possit Hor-  
 tensius, & ea dicere, opprimere eum, de quo nihil di-  
 cat accusator, nihil esse tam periculosum fortunis  
 innocentium, quàm tacere aduersarios: & ne ali-  
 ter quam ego velim, meum laudet ingenium, cum  
 dicat, me si multa dixissem, subleuaturum fuisse  
 eum, quem contra dicerem, quia non dixerim, per-  
 didisse: morem illi geram, vt ar oratione perpetua,  
 non quoniam hoc sit necesse, verū vt experiar,  
 vtrum ille ferat molestius me tunc tacuisse, an  
 nunc dicere. Hic tu fortasse eris diligens, ne quam  
 ego horam de meis legitimis horis remittam: nisi  
 omni tempore, quod mihi lege concessum est, abusus  
 ero, querere: deum atq; hominum fidem implora-  
 bis, circumueniri C. Verrem, quod accusator nolit  
 tam diu, quam diu liceat, dicere. quod mihi lex mea  
 causa det, eo mihi non vti licebit? Nam accusandi  
 mihi tempus mea causa datum est, vt possem ora-  
 tione mea crimina causamque explicare. hoc  
 si non vtor, non tibi iniuriam facio, sed de meo iu-  
 re aliquid & commodo detraho, causam enim in-  
 quit cognosci oportet. ea re quidem, quod aliter cō-  
 denari reus, quāuis sit nocens, nō potest. id igitur tu  
 molestē tulisti, à me aliqd factū esse, quo minus isto  
 condenari posset? Nā causa cognita possūt multi ab-  
 solui, incognita quidē cōdenari nemo potest. adimo



enim cōperendinatū, q̄p̄ habet lex in se molestissimū  
 bis vt causa dicatur: q̄p̄ aut mea causa potius est cō-  
 stitutum, quā tua: aut nihilo tua potius, quā mea.  
 Nam si bis dicere est commodum, certē vtriusq̄, cō-  
 mune est: si eum qui posterius dixit, opus est redar-  
 gui, accusatoris causa vt bis ageretur, constitutum  
 est. Verūm, vt, opinor, Glaucia primus tulit, vt com-  
 perendinaretur reus: antea vel iudicari primo po-  
 terat, vel amplius pronunciari. Vtram igitur putas  
 legem molliorem? opinor illam, veterem, qua vel ci-  
 to absolui vel tardē cōdemnari ticebat. Ego tibi illā  
 Aciliā legē restituo, qua lege multi semel accusati  
 semel dicta causa, semel auditis testibus cōdemnati  
 sunt, nequaquā tam manifestis neq̄, tātis criminib⁹  
 quantis tu conuinceris: puta te non hac tam atroci,  
 sed illa lege mitissima causam dicere. accusabo. res-  
 pondebis. testibus editis ita mittam in consilium, vt  
 etiam si lex ampliandi faciat potestatem, tamen i-  
 sti turpe sibi existiment nō primo iudicare. Verūm  
 si causā cognosci opus est, parum ne cognita est? dis-  
 simulamus Hortensi, quōd saepe experti in dicendo  
 sumus. quis nos magnoperē attendit vnquam, in hoc  
 quidem genere causarum, vbi aliquid ereptum aut  
 ablatum à quopiam dicitur? nōne aut in tabulis, aut  
 in testibus omnis expectatio iudicum est? Dixi pri-  
 ma actione me planū esse facturum C. Verrem H S.  
 quadringenties cōtra legem abstulisse. Quid: hoc  
 planius egissem, si ita narrassem. Dio quidam fuit  
 Halesinus: qui, cum eius filio Praetore Sacerdote  
 hereditas à propinquo permagna venisset, nihil  
 habui s

lex mollior

lex mitior



## ACTIO. III.

67

habuit neque negocij neque controuersia. Verres simul ac tetigit prouinciam, statim Messanam literas dedit: Dionem euocauit: calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hereditatem Verri Erycina commissam esse diceret. hac de re ostendit se ipsum cogniturum. possum deinceps totam rem explicare: deinde ad extremum id, quod accidit, dicere, Dionem HS. decies centena milia numerasse, ut causam certissimam obtineret: praeterea greges equarum eius istum abigendos curasse: argenti vestisq; stragulae quod fuerit, curasse auferendum. Hac neq; cum ego dicerem, neque cum tu negares, magni momenti nostra esset oratio. Quo tempore igitur aures iudex exigeret, animumq; attenderet? cum Dio ipse prodiret, cum ceteri, qui tunc in Sicilia negocijs Dionis interfuisset: cum per eos ipsos dies, per quos causam Dio diceret, reperiretur pecunias sumpsisse mutuas, nomina sua exigisse, praedia vendidisse: cum tabula virorum bonorum proferrentur: cum qui pecuniam Dioni dederunt, dicerent se iam tum audisse eum nummos sumi, ut Verri darentur: cum amici, hospites, patroni Dionis, homines honestissimi hac eadem se audisse dicerent. Opinor cum hac fierent, tum vos audiretis, sicut audistis: tum causa agi videretur. sic a me sunt acta omnia priorae actione, ut in criminibus omnibus nullum esset, in quo quisquam vestrum perpetuam accusationem requireret. Nego ego esse quicquam a testibus dictum, quod aut vestrum cuiquam esset obscurum, aut cuiusquam oratoris eloquentiam quaereret. Et

enim

simul ac  
uocauit in  
prouinci  
am

attendere

clari  
crimi  
letio



*Interrogandi*  
*de causa*  
 enim sic me ipsum egisse memoria tenetis, ut in te-  
 stibus interrogandis omnia crimina proponerem &  
 explicarem: ut cum rem totam in medio proposuis-  
 sem, tum denique testem interrogarem. Itaque nō  
 modō vos, quibus est iudicandum, nostra crimina  
 tenetis, sed etiam Pop. Ro. totam accusationem cau-  
 samq; cognovit: tametsi ita de meo facto loquor,  
 quasi ego illud mea voluntate potius, quā vestra in-  
 iuria adductus fecerim. Interposuistis accusatorē,  
 qui, cum ego mihi C. & X. dies solos in Siciliam po-  
 stulassem, C. & VIII. sibi in Achaiam postularet:  
 menses mihi tres cū eripuissetis ad agendum maxi-  
 me appositos, reliquum omne tempus huius anni me  
 vobis remissurum putastis: ut cū horis nostris nos esse  
 mus vsi, tu binis ludis interpositis, quadragesimo post  
 die responderes: deinde ita tempus duceretur, ut a M.  
 Glabrione Pr. & magna parte horū iudicū ad Prae-  
 torē alium, iudicesq; alios veniremus. Hæc si ego nō  
 vidissem, si me non oēs noti ignoti, monuissent, id  
 agi, id cogitari, in eo laborari, ut res in illud tempus  
 reuiceretur: credo si meis horis in accusando uti vo-  
 luissem, vererer ne mihi crimina nō suppetere, ne  
 oratio deesset, ne vox viresq; deficerent, ne que ne-  
 mo prima actione defedere ausus esset, eū ego bis ac-  
 cusare nō possem. Ego meū cōsiliū tum iudicibus tū  
 Po. Ro. probaui. Nemo est, qui alia ratione istorum  
 iniuria, atq; impudentia potuisse obfisti arbitretur.  
 Etenim qua stultitia fuisset, si, quam diem, qui i-  
 stum eripiendum redemerunt, in cautione viderūt,  
 tūm ita cauerent, Si post Calen. Ianuar. in consi-  
 liū

*si me horis*  
*reuerentia*



ACTIO. III. 63

lium irerur, in eam diem ego, cum potuiffem vitare,  
 incidiffem? Nunc mihi temporis eius, quod mihi ad  
 dicendum datur, quoniam in animo est causam om-  
 nem exponere, habenda ratio est diligenter. Itaque  
 primum illum actum istius vite turpiffimum & fla-  
 gitioffiffimum pratermittam: nihil à me de pueritia  
 fua flagitijs peccatisq; audiet: nihil ex illa impura  
 adolescentia fua, quæ qualis fuerit, aut meminiffis,  
 aut ex eo, quæ fui fimilimum produxit, recognofce-  
 re poteffis. Omnia prateribo, quæ mihi turpia dictu  
 videbuntur, neq; folu quid iftum audire, veru etiã  
 quid me deceat dicere, cofiderabo. Vos quæfo dato  
 hoc, & concedite pudori meo, vt aliquã partẽ de i-  
 ftius impudentia reticere poffim. Omne illud tẽpus,  
 qd fuit ante quã ifte ad magistratus, remq; publicã  
 accessit, habeat per me folutum ac liberum fileatur  
 de nocturnis eius bacchationib. ac vigilijs: lenonum  
 aleatoru, perducturu nulla mentio fiat: dãnã, dede-  
 cora, quæ res patris eius, ætas ipfi pertulit, praterce-  
 antur: lucretur indicia veteris infamie: patiatur  
 eius vita reliqua me hanc tantã iacturã criminum  
 facere. Quæstor Cn. Papirio Cõfuli fuiffi abhinc an-  
 nos XIII. ex ea die ad hanc diẽ quæ feciffi in iudi-  
 ciu voco. Hora nulla vacua à furto, scelere, crudeli-  
 tate, flagitio reperietur. Hi funt anni confumpti in  
 Quæftura, & legatione Afatica, & Prætura vrba-  
 na, & Prætura Sicilienfi. Quare hæc eadẽ erit, qua-  
 dripartita diftributio totiꝝ accusationis meæ. Quæ-  
 ftor ex S. C. prouinciam fortitus eft. obtigit tibi  
 Confularis, vt cum C. O. S. Carbone efferes, eamquẽ  
 prouin-

*in iudicio  
 ut in iudicio  
 in iudicio  
 in iudicio*



provincia obtineres. Erat tum disensio ciuium, de  
 qua nihil sum dicturus quid sentire debueris: vnum  
 hoc dico in eiusmodi tempore ac sorte statuere te de-  
 buisse, vtrum malles sentire atque defendere. Car-  
 bo grauiter ferebat sibi Quaestorem obtigisse, homi-  
 nem singulari luxuria, atque inertia: veruntamen  
 ornabat eum beneficijs, officijsque omnibus. Ne di-  
 utius teneam pecunia attributa numerata est. pro-  
 fectus est Quaestor in provinciam. venit in Galliam  
 expectatus ad exercitum Consularem cum pecunia:  
 simul ac primū ei occasio visa est (cognoscite homi-  
 nis principium magistratum gerendorum, & Rei-  
 publ. administrandae) auersa pecunia publica Qua-  
 stor Consulē, exercitum, provinciamque deseruit.  
 Video quid egerim. erigit se, sperat sibi auram pos-  
 se aliquam afflari in hoc crimine, voluntatis, dis-  
 sensionisque eorum, quibus Cn. Carbonis mortui nomen  
 odio sit: quibus illam reiectionem prodicionemque  
 Consulis sui gratam sperat fore. quasi verò id cu-  
 piditate defendenda nobilitatis, aut studio partiū  
 fecerit: ac non apertissime Consulē, exercitum,  
 provinciamque compilarit, & propter impudentissi-  
 mum furtum aufugerit. Est enim obscurū & eius-  
 modi factum eius, vt possit aliquis suspicari, C. Ver-  
 rem, quod ferre novos homines nō potuerit, ad no-  
 bilitatem, hoc est ad suos transisse, nihil fecisse pro-  
 pter pecuniam. Videamus rationes quemadmodum  
 retulerit: iam ipse ostendet, quamobrē Cn. Carbo-  
 nē reliquerit: iā se ipse iudicabit. Primū breuitatē  
 cognoscite. ACCIPI, inquit, VICIES DVCEN-  
 TIA

Insuper  
 et inuis

non est  
 inuis  
 factus







alijs, tibi quando esse cœpit: posteaqua tibi pecuniã, rem frumētariam, rationes omnes suas, exercitiũq; cōmisit. Nã si tibi antea displicuisset, idem fecisses, q̃ anno post M. Piso Quæstor cū L. Scipioni Consulẽ obtigisset, nō attigit pecuniã, nō ad exercitiũ profectus est: q̃ de Rep. sensit, ita sensit, vt nec fidem suam nec morẽ maiorũ, nec necessitudinẽ sortis laderet. Et enim si hac perturbare omnia, et permiscere volumus, totã vitã periculosã, inuidiosã infestãq; reddem⁹: si nullã religionẽ fors habebit, nullã societate cōiunctio secũda dubieq; fortuna, nullã autoritatẽ mores atq; instituta maiorũ. Omnium est cōmunis inimic⁹, q̃ fuit hostis suorũ. Nemo vnq; sapiens proditori credendũ putauit. Ipse Sylla, cui aduent⁹ istius gratissimus esse debuit, ab se homine, atq; ab exercitu suo remouit: Beneueti esse iussit apud eos, quos suis partib. amicissimos esse intelligebat, vbi iste sũma rei causeq; nocere nihil posset. ei postea premia tãen liberaliter tribuit: bona quadã p̃scriptorũ in agro Beneuentano diripienda concessit, habuit honorẽ vt proditori, nō vt amico fidẽ. Nunc quãuis sint homines, qui mortuũ Cn. Carbonẽ oderint: tamen hi debent, nō quid illi accidere voluerunt, sed q̃d ipsis in tali re metuendũ sit, cogitare. cōmune est hoc malũ, cōmunis metus, cōmune periculũ. nulla sunt occultiores insidia, quã hæ, quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nã eum, qui palãm est aduersarius, facile cauendo vitare possis. hoc verò occultũ, intestinum, ac domesticũ malũ, nō modo nō existit, verũ etiã opprimit, anteq̃ perspicere



eere atq; explorare potueris. Itane verò tu eū Qua-  
 stor ad exercitum missus sis, custos non solum pecu-  
 nie, sed etiā Cōsulis particeps omnium rerum cōsti-  
 liorumq; fueris, habitus sis in liberū loco, sicut mos  
 maiorum ferebat, repente relinquas? deseras? ad  
 aduersarios trāseas? O scelus, o portentum in vlti-  
 mas terras exportandum. Nō. n. potest ea natura, q̄  
 tantum facinus cōmiserit, hoc vno scelere esse con-  
 teta: necesse est semper aliquid eiusmodi moliatur:  
 necesse est in simili audacia perfidiāq; versetur.  
 Itaq; idem iste quem C. Dolab. postea C. Malleolo  
 occiso pro Questore habuit, haud scio an maior eti-  
 am hac necessitudo fuerit, q̄ illa Carbonis: ac plus  
 iudiciū voluntatis valere, q̄ sortis debeat) idem in  
 C. Dolabel. qui in C. Carbo fuit. Nam quæ in ipsum  
 valebāt crimina, cōtulit in illū: causāq; illius omnē  
 ad inimicos accusatoresq; detulit. Ipse in eum cui  
 Legat<sup>us</sup>, cui pro Questore fuerat, inimicissimū atq;  
 improbissimum testimoniū dixit. ille miser cūm es-  
 set, cūm proditione istius nefaria, tum improbo &  
 falso eiusdem testimonio, tum multo ex maxima  
 parte istius furtorum ac flagitiorum inuidia con-  
 flagrauit. quid hoc homine faciatis? aut ad quam  
 spem tā perfidiosum, tam importunum animal re-  
 seruetis? qui in Cn. Carbonem sortem, in Cn. Dola-  
 bellam voluntatem neglexerit, ac violarit: eosq; e-  
 ambos non solum deseruerit, sed etiam prodiderit,  
 atq; oppugnarit. Nolite quæso Iudices breuitate o-  
 rationis meæ potius, quam rerum ipsarū magnitu-  
 dine crimina pōderare: mihi enim propter adumne-

et clamor  
 in

in iudicio  
 conflatur  
 in a iudicio  
 quod in iudicio  
 in iudicio  
 in iudicio  
 in iudicio  
 in iudicio



cessariū est, vt omnia vobis, qua mihi constituta  
 sunt, possim exponere. Quamobrem Quaestura istius  
 demonstrata, primiꝰ, magistratus, & furto, & scele-  
 re perspecto, reliqua attendite. In quibus illud tem-  
 pus Syllanarum proscriptionum ac rapinarum pra-  
 termittam, neque ego istum sibi vllam ex communi  
 calamitate defensionem sinam sumere: suis eū cer-  
 tis proprijsq; criminibus accusabo. Quamobrem hoc  
 omni tempore Syllano ex accusatione circūscripto,  
 legationem eius praclarā cognoscite. Posteaquam  
 Cn. Dolabella prouincia Cilicia constituta est, O dū  
 immortales, quanta iste cupiditate, quibus allega-  
 tionibus illam sibi legationem expugnauit? id quod  
 Cn. Dolabella principiū maxima calamitatis fuit.  
 Nam vt iste profectus est: quacunque iter fecit,  
 eiusmodi fuit, non vt Legatus Popul. Roman. sed vt  
 quaedā calamitas peruadere videretur. In Achaia  
 (praetermittā minora omnia, quorū simile forsitan  
 alius quoq; aliquid aliquādo fecerit: nihil dicā, nisi  
 singulare, nisi q; si in aliū reū diceretur, incredibi-  
 le videretur) magistratū Sycioniū nūmos poposcit.  
 Ne sit hoc crimē in Verre: fecerunt alij. Cū ille non  
 daret, animaduertit improbū, sed non inauditum.  
 Gen<sup>o</sup> animaduersionis videte: quaretis ex quo gene-  
 re hominē istū iudicetis. Ignē ex lignis viridib. atq;  
 ramidis in loco angusto fieri iussit: ibi hominē inge-  
 nuum, domi nobilem, P. Ro. sociū atq; amicū, su-  
 mo excruciatū feminiū reliquit. Iam quae iste sig-  
 na, quas tabulas pictas ex Achaia sustulerit, nō dicā  
 hoc loco. est alius mihi ad hanc cupiditatē demon-  
 stran-



ACTIO III.

69

Grandæ servatus, Athenis audistis ex æde Minervæ  
 grādè auri pondus ablatū. Dictum hoc est in C. Do-  
 labellæ iudicio. dictum? etiā estimatum. Huius con-  
 silij non modò participem C. Verrem, sed principem  
 fuisse reperietis. Delum venit, ibi ex fanæ Apollinis  
 religiosissimo noctu clā fustulit signa pulcherrima,  
 atq; antiquissima, eaq; in onerariam nauem suam  
 conijcienda curavit. Postridie cum spoliatum fa-  
 num viderent ij, qui Delum incolebāt, graviter fe-  
 rebāt. Est enim tāta apud eos eius fanæ religio atq;  
 antiquitas, vt in eo loco ipsum Apollinem natū esse  
 arbitrentur. verbum tamen facere nō audebāt, ne  
 fortè ea res ad Dolabellam ipsum pertineret. Tum  
 subito tempestates coorta sunt maximæ. Iudices, vt  
 non modò proficisci, cum cuperet, Dolabella non  
 posset, sed vix in oppido consisteret: ita magni  
 fluctus eijciebantur. Hic nauis illa prædonis istius  
 onusta signis religiosis, expulsa atque eiecta fluctu,  
 frangitur, in littore signa illa Apollinis reperiun-  
 tur. iussu Dolabellæ reponuntur, tempestas fedatur.  
 Dolabella Delo proficiscitur. Non dubito quin, ta-  
 met si nullus in te sensus humanitatis, nulla ratio  
 vnquam fuit religionis, nunc tamen in metu peri-  
 culoque tuo, tuorum tibi scelerum veniat in men-  
 tem. Potestne tibi vlla spes salutis commoda  
 ostendi, cum recordaris, in deos immortales  
 quam impius, quam sceleratus, quod nefarius  
 fueris? Apollinem ne tu Delium spoliare ausus es?  
 illine tu templo, tam antiquo, tam sancto, tam re-  
 ligioso manus impias ac sacrilegas afferre conatus

non est  
 huius rei  
 principem  
 sed principem  
 ubi Apollinis  
 natum  
 tempore  
 rei coorta  
 hinc et sic  
 in humanis  
 in dium  
 sui sibi  
 numm





tus es? Si in pueritia nobis artibus & disciplinis institutus eras, ut ea quae literis mandata sunt, disceres atque cognosceres: ne postea quidem, cum in ea ipsa loca venisti, potuisti accipere, id quod est proditum memoria ac literis? Latonam ex logo errore, & fugam gravidam, & iam ad pariendum vicinam temporibus exactis fugisse Delum, atque ibi Apollinem Dianamque peperisse. Quae ex opinione hominum illa insula eorum deorum sacra putatur: tantaque eius autoritas religionis & est & sepe fuit, ut ne Persa quidem, cum bellum toti Graeciae, dijs hominibusque indixissent, et mille numero navium classem ad Delum appulissent, quicquam conarentur aut violare aut attingere. Hoc tu fanum depopulari homo improbissime, atque amentissime audebas? fuit illa cupiditas tanta, quae tantam extingueret religionem? & si tum haec non cogitabas, ne nunc quidem recordaris, nullum esse tantum malum, quod non tibi pro sceleribus tuis iam diu debeatur? In Asiam vero postquam venit, quid ego aduentus istius, prandia, coenas, equos, muneraque commemorem? nihil cum Verre de quotidianis criminibus acturus sum. Chio per vim signa pulcherrima dico abstulisse, item Erithris & Halicarnaso. Tenedo (prae ter eo pecuniam quam eripui) Tenem ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus deus habetur, qui urbem illam dicitur condidisse, cuius ex nomine Tenedus nominatur: hunc ipsum inquam Tenem, pulcherrime factum, quem quondam in comitio vidisti, abstulit magno cum gemitu civitatis. Illa vero expugnatio fani antiquissimi & nobilissimi

Iunonis

broni edet  
partum



Iunonis Samia, quàm luctuosa Samijs fuit? quam acerbatoti Asia? quam clara apud deos? quam nemini vestro inaudita? De qua expagnatione, cū legati ad C. Neronem in Asiam Samo venissent, responsum tulerunt, eiusmodi querimonias, quæ ad Legatam Pop. Ro. pertinerent, non ad Prætores, sed Romam deferri oportere. Quas iste tabulas illic, quæ signa sustulit? quæ cognoui egomet apud istum in adibus nuper, cū ob signandi gratia venissem. quæ signa nunc Verres ubi sunt? illa quero, quæ apud te nuper ad omnes calumnias, omnibus etiam intercolūnijs, in sylva denique disposita sub dio vidimus. Cur ea quamdiu alium Prætores cum ijs iudicibus, quos in horum locum subfortitus es, de te in consilium iturum putasti, tamdiu domi fuerunt? posteaquam nostris testibus nos, quàm horis tuis uti malle vidisti, nullum signum domi reliquisti? præter duo, quæ in medijs adibus sunt, quæ ipsa Samo sublata sūt? non putasti me tuis familiarissimis in hac rem testimonia denūciaturū? qui tuæ domi sepe fuisset: ex quibus quærerem, signa scirentne fuisse, quæ non essent? Quid tum hos de te iudicatuos arbitratus es, cum viderent te iam non contra accusatorem, tuum, sed contra Quæstorem, sectoremq; pugnare? Quæ de re Caridemum Chium testimonium prioræ actione dicere audisti: sese, cum esset Frierarchus, & Verrem ex Asia decedentem prosequeretur, iussu Dolabella fuisse unam cum isto Sami, seseq; tū scire spoliatum esse fanum Iunonis, & oppidum Samium: posteaq; se causam apud Chios ciues suos Sa-

*Justo iuri  
in verum  
a. l. i. i. i.*

*in iuri p  
in iuri p  
in iuri p*



cum, de  
 potest  
 in  
 cum  
 de  
 in  
 cum  
 de  
 in

+  
 cum  
 cum  
 in  
 in  
 de

mijs accusantibus publice dixisse: eoq; se absolutū,  
 quod planum fecisset, ea quæ Legati Samiorum di-  
 cerent, ad Verrem, nō ad se pertinere. Apendū ve-  
 tus oppidum & nobile in Pamphylia scitis esse, ple-  
 nissimū signorum optimorum, non dicam illinc hoc  
 signum ablatum esse, & illud: hoc dico, nullū te As-  
 pendi signum Verres reliquisse: omnia ex fanis, ex  
 locis publicis. palā, spectātibus omnibus, plostris eue-  
 cta asportataq; esse. Atq; etiam illum Apendiū ci-  
 tharistā, de quo saepe audistis id, quod est Græcis ho-  
 minibus in prouerbio, quē omnia intus canere dice-  
 bant, sustulit, & in intimis suis edibus posuit, vt et-  
 iam illū ipsum artificio suo super asse videatur. Per-  
 ga fanum antiquissimū & sanctissimum Diane sci-  
 mus esse. id quoq; à te nudatum & spoliatū esse: ex  
 ipsa Diana quod habebat auri, detractū atq; abla-  
 tum esse dico, Quæ, malum, est ista tanta audacia,  
 atq; amētia? quas .n. sociorum, atq; amicorū vrbes  
 adisti Legationis iure, & nomine, si in eas vi cū ex-  
 exercitu imperioq; inuasisses, tamen opinor quæ signa  
 atq; ornamenta ex his vrribus sustulisses, hæc nō in  
 tuam domum, neque in suburbana amicorum, sed  
 Romam in publicum deportasses. Quid ego de M.  
 Marcello loquar, qui Syracusas urbem ornatissi-  
 mam cepit? quid de L. Scipione, qui bellum in A-  
 sia gessit: Antiochumq; regem potentissimum vicit?  
 quid de Flaminiō, qui Regem Philippum, & Mace-  
 doniam subegit? quid de L. Paulo, qui Regem Persē  
 vi ac virtute superauit? quid de L. Mummiō, qui vr-  
 bem pulcherrimam atq; ornatissimam Corinthū,  
 plerif-



plenissimam rerum omnium sustulit, vrbesq; Acha-  
 ia, Bœotiaq; multas sub imperium Pop. Rom. ditio-  
 nemq; subiunxit? quorum domus cū honore & vir-  
 tute florerent, signis & tabulis pictis erant vacuae: at  
 verò urbem totam, templa deorum, omnesq; Italiae  
 partes illorum donis ac monumentis exornatas vi-  
 demus. Vereor ne hac forte cuiquam nimis anti-  
 qua, & iam obsoleta videantur: ita enim tū aqua-  
 biliter omnes erant huiusmodi, vt hac laus eximia  
 virtutis, & innocentiae non solum hominum, verum  
 etiam temporum illorum esse videatur. P. Seruilius  
 vir clarissimus, maximis rebus gestis adest, de te sen-  
 tentiam laturus est: Olynthum vi, copijs, cōsilio, vir-  
 tute cœpit, urbem antiquam, & omnibus rebus au-  
 ctam & ornatam: recens exemplum fortissimi viri  
 profero. nam postea Seruilius Imperator Pop. Rom.  
 Olynthum urbem hostium cœpit, quam tu in iisdem  
 illis locis Legatus Quaestorius oppida pacata socio-  
 rum atque amicorum diripienda ac vexanda cu-  
 rasti. Tu quæ ex fanis religiosissimis per scelus &  
 per latrocinium abstulisti, ea nos videre nisi tuis, a-  
 micorumq; tuorum testis non possumus. P. Seruilius,  
 quæ signa atq; ornamenta ex vrbe hostium, & vir-  
 tute capta, belli lege, atque Imperatorio iure sustu-  
 lit, ea Pop. Rom. \* asportauit, per triumphum vexit,  
 in tabulas publicas ad ararium perscribenda cura-  
 uit. Cognoscite ex literis publicis hominis amplissimi  
 diligentiam. Recita. RATIONES RELATAE  
 P. SERVILII. Non solum numerum signorum,  
 sed etiam vniuscuiusq; magnitudinem, figuram, sta-

*c. de nuptiis  
 vni. fanis  
 f. 11. v.*

\* appo-  
 tauit.



*lucrum*  
*Quoniam*  
*de vi*  
*factis*  
*in iudic*  
*factis*  
*omnis*  
*plena*  
*factis*

tū literis desiniri vides. Certè maior est virtutis, v-  
 tioriaq; iucunditas, quam ista voluptas, quæ perci-  
 pitur ex libidine & cupiditate: multò diligentius  
 habere dico Seruiliū prædam P. R. quam te tua  
 furtā notata atq; descripta. Dices tua quoque sig-  
 na & tabulas pictas ornamento vrbi foroq; P. R. fu-  
 isse. memini, vidi simul cū P. R. forum comitium-  
 que adornatum ad speciem magnifico ornatu: ad  
 sensum cognitionemq; acerbo & lugubri: vidi col-  
 lucere omnia furtis tuis, præda prouinciarum, spo-  
 lijs sociorum atq; amicorum. Quo quidem tempore  
 Iudices iste spem maximam reliquorum quoq; pec-  
 catorum nactus est: vidit enim eos, qui iudiciorum  
 dominos se dici volebant, harum cupiditatum esse  
 seruos. Socij verò, nationesque extere, spem omni-  
 am tum primum abieceret eorum ac fortunarū su-  
 erum, propterea quod casu Legati ex Asia atque A-  
 chaia plurimi, Roma tunc fuerunt, qui deorum si-  
 mulacra ex suis fanis sublata in foro veneraban-  
 tur: itemq; cetera signa & ornamenta cū cognosce-  
 rent, alia alio in loco lachrymantes intuebantur.  
 Quorum omnium hunc sermonem tum esse audie-  
 bamus: nihil esse, quod quisquam dubitaret de exi-  
 tio sociorum atque amicorum: cū quidem vide-  
 rent in foro P. R. quo in loco antea qui socijs iniu-  
 rias fecerant, accusari, & condemnari solebant, ibi  
 esse palam posita ea, quæ ab socijs per scelus ablata  
 ereptaque essent. Hic ego nō arbitror illum vegeta-  
 turum, signa sese plurima, tabulas pictas innumera-  
 biles habere: sed, vt opinor, solet hæc, quam apuit  
 & fu-



& furatus est nonnunquam dicere se emisse. Quo-  
 niam quidem in Achaïam, Asiam, Pamphyliam  
 sumptu publico, & Legationis nomine mercator sig-  
 norum tabularumque pictarum missus est, habeo  
 & istius & patris eius accepti tabulas omnes, quas  
 diligentissimè legi atque digesi, patris quoad vixit:  
 tuas, quoad ais te confecisse: nam in isto iudices hoc  
 nouum reperietis. Audimus aliquem tabulas nun-  
 quam confecisse, quæ est opinio hominum de An-  
 tonio falsa. nam fecit diligentissimè: verum sit hoc  
 genus & aliquod minimè probandum. Audimus a- \*aliquid  
 lium non ab initio fecisse, sed ex tempore aliquo  
 confecisse, est aliqua etiam huiuscere ratio. Hoc  
 verò nouum, & ridiculum est, quod hic nobis re- *nonnum*  
 spondit, cum ab eo tabulas postularem: vsque ad *ad iudicium*  
 M. Terentium, & C. Cassium Consules confecisse,  
 postea destitisse. Alio loco hoc cuiusmodi sit, consi-  
 derabimus: nunc nihil ad me attinet: horum enim  
 temporum, in quibus nunc versor, habeo tabulas &  
 tuas & patris. Plurima signa pulcherrima, pluri-  
 mas tabulas deportasse te negare non potes: atque  
 vtinam neges: vnum ostende in tabulis aut tuis, aut  
 patris tui emptum esse vicisti: ne hæc quidem duo  
 signa pulcherrima, quæ nunc ad impluuium tu-  
 um stant, quæ multos annos ad valuas Iunonis  
 Samiæ steterunt, habes quomodo emeris. hæc  
 inquam duo, quæ in adibus tuis sola iam sunt,  
 quæ sectorem expectant, relicta ac destituta à  
 cæteris signis. At credo in hisce solis rebus *indom-*  
 mitas cupiditates atque effrenatas habebat: cæ-  
 tera



*de terra* ter & libidines eius ratione aliqua aut modo conti-  
*et in iura* nebatur. Quam multis istum ingenuis, quam multis  
*in iura* matribus familias, in illa tetra, atque impura lega-  
*am; h. f. in* tione vim attulisse existimatis? ec quo in oppido pe-  
*de curi* dem posuit, vbi non plura stuprorum flagitiorumq;  
*omni unum* suorum, quam aduentus sui vestigia reliquerit? Sed  
*per h. f. a* ego omnia, quae negari poterunt, praetermittam: et-  
*mitt. unum* iam haec quae certissima sunt & clarissima, relin-  
*qu. iura* quam: vnum aliquod de nefarijs istius factis eligā,  
*qu. iura* quò facilius ad Siciliam possim aliquando, quae mi-  
*l. unum* hi hoc oneris negocij q; imposuit, perueire. Oppi-  
*l. unum* dum est in Hellisponto Lampsacum Iud. in primis A-  
*unum unum* si prouincia clarum & nobile: homines autem ipsi  
*unum unum* Lampsaceni tum summe in omnes ciues Romanos  
*unum unum* officiosi, tum praeterea maxime sedati, & quieti  
*unum unum* propè praeter ceteros, ad summum Graecorum oci-  
 um potius, quam ad vllam vim, aut tumultum ac-  
 commodati. Accidit, cum iste à Cn. Dolabella esfla-  
 gitasset, vt se ad Regem Nicomedem, Regemq; Sa-  
 dalam mitteret, cumque iter hoc sibi magis ad quo-  
 stum suum, quam ad Reipub. tempus accommoda-  
 tum de poposciscet, vt illo itinere veniret Lampsacum,  
 cum magna calamitate, & propè pernicie ci-  
 uitatis: deducitur iste ad Ianitorem quendam ho-  
 spitem, comitesque eius, item apud ceteros hospites  
 collocantur, vt mos erat istius, atque vt eum sua li-  
 bidines flagitiosa facere admonuerant. statim ne-  
*unum unum* gocium dat illis suis comitibus, ne quisquis, turpissi-  
*unum unum* misque hominibus vt videant, & inuestigent, ec-  
 quae virgo sit, aut mulier digna, quam obrem iste  
 Lamp-

Lamp-



Lampsaceni ditius commemoraretur. Erat comes eius  
 Rubrius quidam, homo factus ad istius libidines: quē  
 miro artificio, quocumq; venerat, hac inuestigare  
 omnia solebat: is ad eum rem istā defert, Philoda-  
 mum esse quemdā genere, honore, copijs, existima-  
 tione facile principem Lampsacenorum: eius esse fi-  
 liam, quae cum patre habitaret, propterea quod vi-  
 rum non haberet, mulierem eximia pulchritudine:  
 sed eam summa integritate pudicitiaq; existimari.  
 Homo ut hac audiuit, sic exarsit ad id, quod non  
 modō ipse nunquam viderat, sed ne audierat qui-  
 dem ab eo, qui ipse vidisset, ut statim ad Philodamū  
 migrare se diceret velle. Hospes Ianitor, qui nihil  
 suspicaretur, veritus ne quid in ipso se offenderit, ho-  
 minē summa vi retinere coepit: iste qui hospitis re-  
 linquendi causam reperire non posset, alia sibi rati-  
 one viam munire ad stuprum coepit. Rubrium deli-  
 tias suas, in omnibus eiusmodi rebus adiutorem suū  
 & consciū, parum lautē diuersari dicit: ad Phi-  
 lodamum deduci iubet. Quod ubi est Philodamo  
 nunciatum, tametsi erat non ignarus, quantum sibi  
 ac liberis suis iam tum mali constitueretur, tamen  
 ad istum venit, ostendit munus illud suum non esse:  
 se cum sua partes essent hospitem recipiendorum,  
 tum ipsos tandem Praetores & Consules, non Lega-  
 torum asseclas recipere solere. Iste, qui vna cupidi-  
 tate raperetur, totum illius postulatū causamque  
 neglexit: per vim ad eū, qui recipere non debebat,  
 Rubriū deduci imperavit. Hic Philodamus, postea-  
 quam ius suum obtinere non potuit, ut humanitatē

*descriptio  
 huius  
 diuina  
 in magna*



*et libanus*  
*conuuium*  
*ubi uirum*  
*prohibetur*

consuetudinemq<sup>3</sup> suam retineret, laborabat. homo  
 qui semper hospitatisimus amicissimusque nostror-  
 um hominum existimatus esset, noluit videri ipsi  
 illum Rubrium inuitus in domum suam recepisse:  
 magnificè & ornatè, ut erat in primis inter suos cõ-  
 piosus, conuiuium cõparat: rogat Rubrium, ut quos  
 ei commodum sit inuitet, locum sibi soli, si videatur,  
 relinquat. ut etiam filium suum lectissimum ado-  
 lescentem foras ad propinquum suum quendã mit-  
 teret ad cœnam. Tum Rubrius istius comites inui-  
 tat, eos omnes Verres certiores facit, quid opus es-  
 set. maturè veniunt, discumbitur: fit sermo inter  
 eos & inuitatio. ut Græco more biberetur: hospes  
 hortatur, postcunt maioribus poculis, celebratur om-  
 nium sermone letitiãq<sup>3</sup> conuiuium. Postea quã satis  
 calere res Rubrio visa est: quæso, inquit, Philodame,  
 cur ad nos filiam tuam non intro vocari iubes? Ho-  
 mo qui & summa grauitate, & iam id ætatis, & pã-  
 rens esset, obstupuit hominis improbi dicto. instare  
 Rubrius. Tum ille, ut aliquid responderet, negauit  
 moris esse Græcorum, ut in conuiuiis virorum acci-  
 berent mulieres. Hic tum alius ex alia parte, Enim-  
 uerò ferendum hoc non est: vocetur mulier. & si-  
 mul seruis suis Rubrius, ut ianuam clauderent, & i-  
 psi ad fores assisterent, imperat. Quod ubi ille in-  
 tellexit, id agi, atque id parari, ut filia sua vis af-  
 ferretur: seruos suos ad se vocat, his imperat, ut  
 se ipsum negligant, filiam defendant: excurret  
 aliquis, qui hoc tantum domestici mali filio suo  
 nunciet. Clamor interea fit tota domo inter seruos  
 Rubrii



Rubri atq; hospitis: iactatur domi sua\* vir optimus,  
 & homo honestissimus pro se quisque manus affert:  
 aqua deniq; feruēti à Rubrio ipso Philodamus per-  
 funditur. Hac ubi filio nūciata sunt, statim exami-  
 natus ad aedes contendit, ut & vitæ patris, & pudici-  
 titiæ sororis succurreret. Omnes eodem animo Lā-  
 psaci, simul ut hoc audiuerunt, quod eostum Philo-  
 dami dignitas, tum iniuriæ magnitudo mouebat, ad  
 aedes noctu conuenerunt. Hic licitor istius Cornelius,  
 qui cum eius seruis erat à Rubrio, quasi in præsidio  
 ad auferendam mulierem collocatus, occiditur: ser-  
 ui nonnulli vulnerantur: ipse Rubrius in turba saucia-  
 tur. Iste, qui sua cupiditate tantos tumultus conci-  
 tatos videret, cupere aliquà euolare, si posset. Postri-  
 die mane homines in concionem veniunt: querunt  
 quid optimū factu sit: pro se quisq;, ut in quoq; erat  
 autoritatis plurimum, ad populum loquebatur: in-  
 uentus est nemo, cuius non hæc & sententiæ esset, &  
 oratio, Non esse metuendum, si istius nefarium sce-  
 lus Lampsaceni vlti vi manuq; essent, ne Senatus  
 populusq; Rom. in eam ciuitatem animaduerten-  
 dum putaret. Quod si hoc iure Legati Pop. Roman.  
 in socios, nationesq; exterarum vterentur, ut pudici-  
 tiam liberorum seruare ab eorum libidine tutam  
 non liceret: quiduis esse perpeti satius, quam in tanta  
 vi atq; acerbitate versari. Hæc cum omnes senti-  
 rent, & cum in eam rationem pro suo quisque sensu  
 ac dolore loqueretur: omnes ad eam domum, in qua  
 iste diuersabatur, profecti sunt: cedere ianuam sa-  
 uis, instare ferro, ligna & sarmenta circumdare, i-

\*al. vie  
 Primus.

*De senatu  
 inuentione  
 huius  
 & boni*

gnena



gnem subijcere cœperūt. Tum ciues Rom. qui Lam-  
 psaci negotiabantur, concurrunt, orant Lampface-  
 nos, vt grauius apud eos nomen Legationis, quàm  
 iniuria Legati putaretur. sese intelligere hominem  
 illum esse impurum ac nefarium: sed quoniam nec  
 perfecisset quod conatus esset, neq; futurus esset Lā-  
 psaci postea, leuius eorum peccatum fore, si homini  
 scelerato pepercissent, quàm si legato non pepercis-  
 sent. Sic iste multo sceleratior & nequitior, quàm  
 ille Adrianus, aliquanto etiam felicior fuit. Ille  
 quod eius auaritiā ciues Ro. ferre non potuerant,  
 Utica domi sua viuis exustus est: idq; ita illi meritò  
 accidisse existimatum est, vt letarentur omnes, ne-  
 que vlla animaduersio constitueretur. Hic socio-  
 rum ambustus incendio, tamen ex illa flamma peri-  
 culoque euolauit: neq; adhuc causam illam excogi-  
 tare potuit, quamobrem commiserit, aut quid eue-  
 nerit, vt in tantum periculum veniret. Non enim  
 potest dicere, cum seditionem sedare vellem, cum  
 fumentum imperarem, cum stipendium cogerem,  
 cum aliquid denique Reip. causa gererem, quod a-  
 crius imperaui, quod animaduerti, quod minatus  
 sum. quasi diceret, tamen ignosci non oporteret, si  
 nimis atrociter imperando socijs, in tantum addu-  
 ctus periculum videretur. Nunc cum ipse causam  
 illius tumultus, neque veram dicere, neq; falsam  
 consingere audeat: homo autem ordinis sui fruga-  
 lissimus, qui tum accensus C. Neroni fuit, P. Tertius  
 hac eadem se Lampfaci cognosse dixerit: vir omni-  
 bus rebus ornatissimus C. Varro, qui tum in Asia  
 Tir



Tribunus militum fuit, hac eadem ipsa se ex Philo-  
damo audisse dicat: potestis dubitare, qui istum for-  
tuna nō tam ex illo periculo eripere voluerit, quam  
ad vestrum iudicium referuare? Nisi verò illud di-  
cet, & in testimonio Tertij priore actione inter-  
pellauit Hortensius, quo tempore quidem signi satis  
dedit, si quid esset quod posset dicere, se tacere non  
posse: vt quamdiu in ceteris rebus tacuerit, scire  
omnes possemus, nihil habuisse quod diceret. Hoc  
tum dixit, Philodamum & eius filium à C. Ne-  
rone esse damnatos. de quo ne multa disseram,  
tantum dico, secutum id esse Neronem, & eius  
consilium, quod Cornelium lictorē occisum esse cō-  
staret: putasse nō oportere esse, ne in vlciscēda qui-  
dem iniuria, cuiquam hominis occidendi potestātē.  
In quo video Neronis iudicio non te absolutum esse  
improbis, sed illos damnatos esse cedis. Verūm  
ista damnatio tamen cuiusmodi fuit? Audite quæso  
iudices, & aliquādo miseremini sociorum, & ostē-  
dite aliquid his in vestra fide præsidij esse oportere.  
Quod toti Asiæ iure occisus videbatur istius ille ver-  
bo lictor, re vera minister improbisimæ cupiditatis:  
pertimuit iste, ne Philodamus Neronis iudicio libe-  
raretur. rogat & orat Dolabellam, vt de sua pro-  
uincia decedat, ad Neronem profiscatur: se de-  
monstrat incolumen esse non posse, si Philodamo vi-  
uere, atq; aliquando Romam venire, licuisset. Cō-  
motus est Dolabella: fecit id, quod multi reprehē-  
derūt, vt exercitium prouinciam, bellum relinque-  
ret, & in Asiā hominis nequissimi causa, in alienam

prouin-

*pro hys**præterea**obscuro  
dicitur*



prouinciam proficisceretur. Postea quàm ad Ne-  
 ronem venit: contendit ab eo, vt Philodami cau-  
 sam cognosceret. Venerat ipse, qui esset in consilio,  
 & primus sententiam diceret. adduxerat etiam  
 praefectos, & Tribunos militares suos, quos Nero  
 omnes in consilium vocauit. erat in consilio etiam  
 equissimus iudex ipse Verres: erant nonnulli rogati  
 creditores Graecorum, quibus ad exigendas pecu-  
 nias improbissimi cuiusque Legati plurimum pro-  
 dest gratia. Ille miser defensorem reperire nemi-  
 nem poterat. quis enim esset aut togatus, qui Dola-  
 bella gratia: aut Graecus, qui eiusdem vi & impe-  
 rio non moueretur? Accusator autem apponitur ci-  
 uis Romanus de creditoribus Lapsacenorum: qui si  
 dixisset quod iste iussisset, per eiusdem istius lictores  
 à populo pecuniam posset exigere. Cum hac omnia  
 tanta cōtentione, tantis copijs agerentur: cū illū mi-  
 serum multi accusarēt: nemo defenderet: cūq; Do-  
 labella cū suis praefectis pugnaret in consilio, Verres  
 fortunas agi suas diceret, idem testimonium dice-  
 ret, idem esset in cōsilio, idem accusatorem parasset:  
 hac cum omnia fierent, & cūm hominem constaret  
 occisum: tamen tanta vis istius iniuria, tanta in isto  
 improbitas putabatur, vt de Philodamo ampli⁹ pro-  
 nunciaretur. Quid ego nunc in altera actione Cn.  
 Dolabella spiritus? quid huius lachrymas & cōcur-  
 siones proferam? quid C. Neronis viri optimi atque  
 innocentissimi nonnullis in rebus animum nimis ti-  
 midū atq; demissum? qui in illa re quid facere po-  
 tuerit, non habebat: nisi fortè id quod omnes tū de-  
 sido-

*Verria*

*insinuat*

*ad uerum*

*ad uerum*

\* alias,

alteram

actio-

nem.

*amplius con-*

*sum cognos-*

*curi?*

*in uerum*

*in uerum*



siderabant, ut ageret eam rem sine Verre & Do-  
 Labella: quicquid esset sine his actum, omnes pro-  
 barent. Tum verò quod pronūciatū est, non per  
 Neronem iudicatum, sed per Dolabellam ereptum  
 existimabatur. Condemnatur enim per paucis sen-  
 tentijs Philodamus, & eius filius. Adest, instat, urget  
 Dolabella, ut quàm primum securi feriantur,  
 quò quam minimè: multi ex illis de istius nefario  
 scelere audire possent. Cōstituitur in foro Laodicea  
 spectaculum acerbum, & miserum, & graui toti A-  
 siæ prouinciæ, grandis natu parens adductus ad sup-  
 plicium: ex altera parte filius: ille quòd pudicitiam  
 liberorum, hic quòd vitam patris famamq; sororis  
 defenderat. Flebat uterq; non de suo supplicio, sed  
 pater de filij morte, de patris filius. Quid lachryma-  
 rum ipsum Neronem putatis profudisse? quem fle-  
 tum totius Asiæ fuisse? quem luctum & gemitum  
 Lapsacenorū? securi esse percussos homines inno-  
 centes, nobiles, socios Pop. Rom. atque amicos, pro-  
 pter hominis flagitiosissimi singularem nequitiam  
 atque imbrobissimam cupiditatem. Nemo iam Do-  
 Labella neque tui, neque tuorum liberum, quos tu  
 miseros in egestate atq; in solitudine reliquisti, mi-  
 sereri potest. Verresne tibi tanti fuit, ut eius libidi-  
 nem hominum innocentes sanguine lui velles? Id-  
 circòne exercitum hostē relinquebas, ut tua vi &  
 crudelitate istius hominis improbissimi pericula  
 subleuares? Quòd enim eū tibi Quaestoris in locū cō-  
 stitueras, idcirco tibi amicum in perpetuū fore pu-  
 tasti? Nesciebas ab eo Cn. Carbonem COS. cuius re-

F a

verò

in i' r' m' n

no so popu

simu  
confictuper uncto  
lio

in v' ter

singulatu

in g' m' m'

et l' m' n'

pi' i' m' s' m'



vera Quæstor fuit, non modò relictum, sed etiam  
 spoliatū auxilijs, pecunia, nefariè oppugnatum &  
 proditum? Expertus igitur es istius perfidiam tum,  
 cum se ad inimicos tuos contulit, cum in te homo i-  
 pse nocens acerrimum testimonium dixit, cum ra-  
 tiones ad ærarium nisi dānatos referre noluit. Tā-  
 tane tuæ Verres libidines erūt, v̄t eas capere ac su-  
 stinere non prouincia Pop. Rom. non natione exte-  
 ra possint? Tūne quod videris, quod audieris, quod  
 concupieris, quod cogitaris, nisi id ad nutum tuum  
 præstò fuerit, nisi libidini tuæ cupiditatiq; paruerit,  
 immittētur homines? expugnabuntur domus? ciui-  
 tates non modò pacatæ, verum etiam sociorū atq;  
 amicorum, ad vim atq; ad arma confugient, vt ab  
 se atq; ab liberis suis Legati Po. Ro. scelus atq; libi-  
 dinem propulsare possint? Nam quæro abs te, cir-  
 cumfessusne sis Lampsici: cœperitne domum, in qua  
 diuersabare, illa multitudo incēdere: voluerint ne  
 Legatum Pop. Ro. comburere viuum Lampsaceni?  
 negare non potes. habeo enim testimonium tuum,  
 quod apud Neronem dixisti: habeo quas ad eundē  
 literas misisti. Recita hunc ipsum locum de testimo-  
 nio. TESTIMONIUM C. VERRIS IN AR-  
 TEMIDORVM. NON MVLTO POST IN  
 DOMVM. Bellūne Po. Ro. Lāpsaci ciuitas face-  
 re conabatur? deficere ab imperio ac nomine nostro  
 volebat? Video enim, & ex his, quæ legi & audiui,  
 intelligo, in qua ciuitate nō modò Legatus Pop. Ro.  
 circumfessus, non modo igni, ferro, manu, copijs op-  
 pugnat, sed aliqua ex parte violatus sit, nisi publi-  
 cè satis-

ad unum  
 sumus con-  
 formari

quæ  
 videtur  
 argui  
 pugnat



cè satisfactum sit, ei ciuitati bellum indici atq; in-  
 ferri solere. Quæ fuit igitur causa, cur cuncta ciui-  
 tas Lampfacenorum de concione, quæ admodum tu-  
 te scribis, domum tuam cõcurreret? tu enim neq; in  
 literis, quas Neroni mittis, neq; in testimonio, cau-  
 sam tanti tumultus ostendis vllam. obsessum te dicis,  
 ignem allatum, sarmenta circumdata, lictorẽ tuũ  
 occisum esse dicis, prodeundi tibi in publicum pote-  
 statem factam negas: causam huius tanti terroris  
 occultas. Nam si quã Rubrius iniuriam suo nomine,  
 ac nõ impulsu tuo, & tua cupiditate fecisset, de tui  
 comitis iniuria quæstum ad te potiùs, quam te op-  
 pugnatum veniret. Cum igitur, quæ causa illius tu-  
 multus fuerit, testes à nobis producti dixerint, ipse  
 celarit, nõne causam hanc, quam nos proposuimus,  
 tum illorũ testimonia, tum istius taciturnitas per-  
 petua cõfirmat? Huic homini parceatis igitur Iudi-  
 ces, cuius tanta peccata sunt, vt hi, quibus iniurias  
 fecerit, neque legitimum tempus expectare ad vl-  
 ciscendum, neque vim tantam doloris in posterum  
 differre potuerunt? Circumfessus es. à quibus? à  
 Lampfacenis. barbaris hominibus credo, aut ijs qui  
 Popul. Rom. nomen contemnerent? immò verò ab  
 hominibus & natura, & consuetudine, & discipli-  
 na lenissimis: porrò autem Popul. Roman. conditio-  
 ne socijs, fortuna seruis, voluntate supplicibus. vt  
 perspicuum sit omnibus, nisi tanta acerbitas, iniuria,  
 tanta vis sceleris fuisset, vt Lampfaceni moriendum  
 sibi potiùs, quam perpetiendum putarent, nunquam  
 illos in eum locum progressuros fuisse, vt vehemen-

scimus ut  
 verum  
 transit  
 ut non  
 inueni  
 h. g. u. i. h.

des de  
 cum sua  
 uis  
 quæ dicit  
 à dicitur  
 circumfessus  
 argumen

affirmati  
 huiusmodi  
 circumfessus  
 huius  
 uis Lamp  
 facenorum





*amicis**in iura**quoniam**legi**quoniam**se**tyrannum**gravis**ex agere**non loqui*

tius odio libidinis tuae, quā metu Legationis moue-  
 rentur. Nolite per deos immortales cogere socios  
 atque exterarum nationes hoc vti per fugio: quo, nisi  
 vos vindicatis, utentur necessario. Lampfacenos in  
 istum nunquam vlla res mitigasset, nisi eum poenas  
 Romae daturum credidissent. Et si talem accepe-  
 rant iniuriam, quam nulla lege satis dignè perse-  
 qui poterant, tamen incommoda sua vestris com-  
 mittere legibus & iudicijs, quam dolori suo per-  
 mittere maluerunt. Tu tibi, cum circumfessus  
 tam illustri ciuitate sis propter tuum scelus atque  
 flagitium: cum coegeris homines miseros & cala-  
 mitosos, quasi desperatis nostris legibus & iudicijs  
 ad vim, ad manus, ad arma confugere: cum in op-  
 pidis & ciuitatibus amicorum non Legatum P. R.  
 sed tyrannum libidinosum, crudelemque praebe-  
 ris: cum apud exterarum nationes imperij nominisque  
 nostri famam tuis probris flagitijs que violaris: cum  
 te ex ferro amicorum Pop. Rom. eripueris, & flam-  
 ma sociorum euolaris: hic tibi per fugium speras fu-  
 turum? erras. ut huc incideres, non ut hic coquiesce-  
 res, illi te viuum exire passi sunt. & ais, iudiciū esse  
 factum, te iniuria circumfessum esse Lampfaci, quod  
 Philodamus cum filio condemnatus sit. Quid si do-  
 ceo, si planum facio, teste homine nequā, verum ad  
 hanc rem tamen idoneo (te ipso inquam teste doce-  
 bo) te huius circumfessionis tuae causam & culpam in  
 alios transtulisse? neque in eos, quos tu insimularas,  
 esse animaduersum? iam nihil te iudicium Neronis  
 adiuuat. Recita quas ad Neronem literas misit.

EPIS.



EPISTOLA C. VERRIS AD NERONEM.  
 THEMISTAGORAS ET THESSALVS.  
 Themistagoram & Thessalum scribit populum cō-  
 citasse. quem populum? qui te circumfedit, qui te vi-  
 num comburere conatus est. vbi \* hoc persequeris?  
 vbi accusas? vbi defendis ius nomenq; Legati? In  
 Philodami iudicio dices id actum. Cedo mihi ipsius  
 Verris testimoniū videamus quid idem iste iuratus  
 dixerit. Recita. AB ACCVSATORE ROGATVS RESPONDIT, IN HOC IV DICIO  
 NON PERSEQVI: SIBI IN ANIMO ES-  
 SE ALIO TEMPORE PERSEQVI. Quid  
 igitur te iuuat Neronis iudicium? quid Philodami  
 dānatio Legatus cū esses circūfessus, cūq; quē admo-  
 dum tutē ad Neronem scripsisti, Pop. Rom. commu-  
 niq; causa Legatorum facta esset iniuria insignis, nō  
 es persecutus, dicis tibi in animo esse alio tēpore per-  
 sequi. Quod fuit id tempus? quando es persecutus?  
 cor imminuisti ius Legationis? cur causam Pop. Ro.  
 deseruisti ac prodidisti? cur iniurias tuas cōiunctas  
 cum publicis reliquisti? Non te ad Senatum causā  
 deferre? non de tam atrocibus iniurijs cōqueri? nō  
 eos homines, qui populum concitarant, Consulū  
 literis euocandos curare oportuit? Nuper M. Aure-  
 lio Scauro postulante, quo is Ephesi se Quæstorem  
 vi prohibitū esse dicebat, quod minus è fano Diana  
 feruum suum, qui in illud asylum cōfugisset, addu-  
 ceret, Pericles Ephesius homo nobilissimus Romam  
 euocatus est, quod auctor iniurie illius fuisse ar-  
 gueretur. Tu, si te Legatum ita Lampfaci tractatum

Neronis  
 dicitur  
 Verris  
 quod the  
 \* hoc  
 in the  
 by populu  
 con iudicium  
 vint

iuratus  
 in hoc



esse Senatum docuisses, vt tui comites vulneraren-  
 tur, lictor occideretur, ipse circumfessus penè incen-  
 derere: eius autem rei duces & auctores & princi-  
 pes fuisse, quos scribis, Themistagoram & Thessa-  
 lum, quis non comoueretur? quis nō ex iniuria, quæ  
 tibi esset facta, sibi prouideret? quis nō in ea re cau-  
 sam tuam, periculum commune agi arbitraretur?  
 Etenim nomen Legati eiusmodi esse debet, quod non  
 modò inter sociorum iura, sed etiam inter hostium  
 tela incolumne versetur. Magnum hoc Lampsace-  
 num crimen est, libidinis atq; improbissima cupidi-  
 tatis. Accipite nūc auaritia propemodum in suo ge-  
 nere non leuius. Milesios nauem poposcit, quæ eum  
 presidij causa Myndum prosequeretur. Illi statim  
 myoparonem egregium de sua classe ornatum, atq;  
 armatum, dederunt. Hoc presidio Myndum profe-  
 ctus est, nam quid Mylesijs lana publicæ abstulerit,  
 item de sumptu in aduentum, de contumelijs & in-  
 iurijs in magistratū Milesium, tametsi dici tū ve-  
 re, tum grauius & vehementer potest, tamen dice-  
 re pretermittā, eaq; omnia testibus integra reser-  
 uabo. Illud, quod neque taceri vllō modo potest, neq;  
 dici pro dignitate, cognoscite. Milites remigesque  
 Miletū Myndo pedibus reuerti iubet, ipse myoparo-  
 nem pulcherrimum de decem Milesorum nauibus  
 electum, L. Magio, & L. Rabio, qui Myndi habita-  
 bant, vendidit. Hi sunt homines quos nuper Sena-  
 tus in hostium numero censuit habendos. hoc illi na-  
 uigio ad omnes Pop. Rom. hostes vsque ab Dianio,  
 quod in Hispania est, ad Sinopam, quæ in ponto est,  
 nauis

Cuius rei  
 auctoritas  
 fuerunt

Hic autem  
 quæ & crimina  
 sunt  
 Inuentiones  
 per hanc  
 sententiam  
 a parte

per hanc  
 sententiam  
 a parte  
 ut magis  
 aduentu  
 ubi nō  
 Dianio  
 quod in  
 Hispania  
 est



nauigarunt. O dij immortales, incredibilem auaritia[m], singularemq[ue] audaciam. nauem tu de clas-  
 se Pop. Rom. quam tibi Milesia ciuitas, vt te prosequeretur, dedisset, ausus es vendere? Si te magnitudo maleficij, si te hominum existimatio non mouebat: ne illud quidem cogitabas, huius improbissimi furti, siue adeo nefariae pradae, tam illustrem ac tam nobilem ciuitatem testem futuram? an quia tum Cn. Dolabella in eum, qui ei myoparoni praefuerat, Milesijsque rem gestam renunciaret, animaduertere tuo rogatu conatus est, renunciationemq[ue] eius, qua erat in publicas literas relata illorū legibus, tolli iusserat: idcirco te ex hoc crimine elapsū esse arbitrare? Multum te ista fefellit opinio. & quidem multis in locis. semper enim existimasti, & maxime in Sicilia, satis cautum tibi ad defensionem fore, si aut referri aliquid in literas publicas vetuisses, aut quod relatum esset, tolli coegisses. Hoc quam nihil sit, tametsi ex multis Siciliae ciuitatibus priore actione didicisti, tamen etiam in hac ipsa ciuitate cognosce. Sunt illi quidem dicto audientes, quādiu adsunt hi, qui imperant: simul ac discesserunt, non solum illud perscribunt, quod tum prohibiti sunt, sed etiam causam adscribunt, cur non tum in literas relatum sit. Manent istae literae Mileti, manent, & dū erit illa ciuitas, manebunt. Decem enim naues iussu L. Murenae, populus Milesius ex pecunia vectigali Pop. Rom. fecerat, sicut pro sua quaque parte Asiae ceterae ciuitates. Quamobrem vnā ex decem non praedonum repentino aduētū, sed Legati latrociniō:

*de f. l. a*  
*his*

*fr. l. i.*  
*in p. u.*  
*is in u.*

*prolegu*

*alludis*  
*ad v. l. i.*

*rad in h.*





non vi tempestatis, sed hac horribili tempestate sociorum amissam in literas publicas retulerunt. Sunt Romae Legati Milesij homines nobilissimi ac principes civitatis: qui tametsi mensem Februari-  
<sup>Foris</sup>um & COSS. designatorum nomen expectant, tamē hoc facinus nō modo negare interrogati, sed ne producti quidem reticere poterunt. Dicent, inquam, & religione adducti, & legum domesticarum metu, quid illo myoparone factum sit. ostendent C. Verrem in ea classe, qua contra piratas edificata sit, piratam ipsum consceleratum fuisse. C. Malleolo Quaestore Cn. Dolabella occiso, duas sibi hereditates venisse arbitratus est. vnam Quaestoria procurationis: nam à Dolabella statim pro Quaestore iussus est esse. alteram tutelae. Nam cum pupilli Malleoli tutor esset, in bona eius impetum fecit. nam Malleolus in provinciam sic copiose profectus erat, ut domi prorsus nihil relinqueret. praeterea pecunias occuparat apud populos, et syngraphas fecerat: argenti optimi calati grande pondus secum tulerat (nam ille quoque sodalis istius erat in hoc morbo & cupiditate) grande pondus argenti, familiam magnā, multos artifices, multos formosos homines reliquit. Iste quod argenti placuit, inuasit: quae mancipia voluit, abduxit: vina ceteraq; quae in Asia facillimè cōparantur, quae ille reliquerat, asportavit: reliqua vēdidit, pecuniā exegit. <sup>per</sup> C. ad H. S. X X D. quinquies redegisse constaret, ut Romā redijt, nullam literam pupillo, nullam magri eius, nullam tutoribus reddidit: seruos artifices pupilli cū haberet domi,

copiose profectus est

de se in  
 casu argenti  
 in  
 per  
 hinc  
 vnum  
 unum  
 factu



domi, circum pedes autem homines formosos & li-  
 teratos, suos esse dicebat, se emisse. Cū sepius mater,  
 & aui pueri postularent, vti, si non redderet pecu-  
 niam, nec rationem daret, diceret saltem quantum  
 pecunie Malleoli, deportasset: multis efflagitatus a-  
 liquando dixit, HS decies. deinde in codicis extre-  
 ma cera nomen infimum in flagitiosa litura fecit:  
 expensa Chrysogono seruo HS. sexcenta millia, ac-  
 cepta pupillo Malleolo retulit. Quomodo ex decies  
 HS. sexcenta sint facta, quomodo DC. eadem modo  
 quadrarint, vt illa de Cn. Carbonis pecunia reliqua  
 HS. sexcēta facta sint: quomodo Chrysogono expē-  
 sa lata sint: cur id nomen infimum, in litura aq; sit,  
 vos existimabitis. Tamen HS. sexcenta millia cum  
 accepta retulisset, HS. quinque millia, soluta no; sut:  
 homines, posteaquam reus factus est, alij redditi,  
 alij etiam nunc retinentur: peculia omnium, vica-  
 ryq; retinentur. Hæc est istius præclara tutela. En  
 cui tuos liberos committas. en memoria mortui so-  
 dalis. en metas viuorum existimationis. Cū tibi se  
 tota Asia spoliandam ac vexandam tradidisset: cū  
 tibi exposita esset omnis ad prædandum Pamphylia:  
 contentus his tam optimis rebus non fuisti? manus à  
 tutela, manus à pupillo, manus, à sodalis filio abstine-  
 re non potuisti? Tam te non Siculi, non aratores (vt  
 dictitas) circumueniunt, non hi, qui decretis edictis-  
 que tuis in te concitati infestique sunt: Malleolus, à  
 me productus est, & mater eius atq; aui, que mi-  
 sera, flentes, euersum à te puerum patris bonis esse  
 dixerunt. Quid expectas? an dum ab inferis ille

habet  
 domi  
 circum  
 pedes suos  
 summi  
 doctos  
 in  
 efflagitatus  
 tam  
 tam  
 sit in danti  
 coronat  
 hoc est  
 cui de  
 fuisse  
 ab omni  
 in arg  
 à manu  
 ad manu  
 ab adim  
 illud  
 ut puer  
 de manu

Malleo-







cogeres, per omnes partes prouincia te, tanquam  
 aliquam calamitosam tempestatem pestemq; per-  
 uasisse demonstro. Itaque M. Scaurus, qui Cn. Do-  
 labellā accusauit, istum in sua potestate ac ditione  
 tenuit. homo adolescens cū istius in inquirendo mul-  
 ta furti ac flagitia cognosceret, fecit perire & cal-  
 lidè: volumen eius rerum gestarum maximum isti  
 ostendit: ab homine, quæ voluit, in Dolabellam ab-  
 stulit: istum testem produxit: dixit iste quæ velle  
 accusatorem putauit. Quo ex genere mihi testium,  
 qui cum isto furati sunt si uti voluissim, magna co-  
 pia fuisset: qui ut se periculo litium conuictione cri-  
 minum liberarent, quod ego vellem descensuros pol-  
 licebantur. Eorum ego voluntatem omnium repu-  
 diaui non modo proditori, sed ne perfugæ quidem  
 locus in meis castris cuiquam fuit. Forsitan melio-  
 res illi accusatores habendi sunt, qui hac omnia fe-  
 cerunt: sed ego defensorem in mea persona, non ac-  
 cusatorem maxime laudari volo. Rationes ad æra-  
 rium, antequam Dolabella condemnatus est, nō au-  
 det referre. Impetrat à Senatu vt dies sibi proroga-  
 retur, quod tabulas suas ab accusatoribus Dolabella  
 obsignatas diceret, perinde quasi exscribendi pote-  
 statem non haberet. solus est hic, qui nunquā ratio-  
 nes ad ærarium referat. Audistis Questoriam ra-  
 tionem tribus versiculis relatam: legationis, non nisi  
 condemnato & eiecto eo, qui posset reprehendere:  
 nunc denique Prætura, quam ex S.C. statim refer-  
 re debuit, vsque ad hoc tempus non retulit. Questor-  
 rem se in Senatu expectare dixit, perinde quasi nō  
 vi Quas



ut Quaestor sine Praetore posset rationem referre, ut  
 tu Hortensi, ut oēs eodem modo sine Quaestore Prae-  
 tor. Dixit idem, Dolabellam impetrasse, omen magis  
 patribus conscriptis, quā causa placuit, probauerūt.  
 Verū Quaestores quoq; iam pridem venerunt: cur nō  
 retulisti? illarum ratione ex ea fece legationis, qua  
 storiq; tuae procurationis illa sunt nomina, quae  
 Dolabella necessariō sunt aestimata. EX LITI-  
 BV S AESTIMATIS DOLABELLAE PR.  
 ET PRO PR. Quod minus Dolabella Verri acceptū  
 retulit, quā Verres illi expensū tulerit, H S. quin-  
 genta triginta quinq; millia: & quod plus fecit Dola-  
 bella Verrem accepisse, quā iste in suis tabulis ha-  
 buit, H S. ducenta triginta duo millia: & quod plus  
 frumenti fecit accipisse istum, H S. decies & octin-  
 genta millia, quod tu homo castissimus aliud in tabulis  
 habebas. Hinc illa extraordinaria pecunia, quas  
 nullo duce, tamē aliqua ex particula inuestigamus,  
 redundarunt. Hinc ratio cum Q. & Cn. Posthumij,  
 Curtij, multisq; nominibus, quorū in tabulis iste ha-  
 bet nullum. Hinc H S. quater decies P. Tadio nume-  
 rata Athenis testibus planū faciā. Hinc emptā aper-  
 tissimē Praetura: nisi fortē id etiam dubium est, quo-  
 modo iste Praetor factus sit. Homo scilicet aut indu-  
 stria, aut opera probata, aut frugalitatis existimati-  
 one praecleara, aut denique, id quod leuissimum est,  
 assiduitate, qui antē Quaesturam cum meretricibus  
 lenonibusq; vixisset: Quaesturam ita gessisset, quem-  
 admodum cognouistis: Roma post Quaesturam illam  
 nefariam vix triduum constitisset: absens nō in ob-  
 liuione



liuione iacuisset, sed in assidua commemoratione omnibus omnium flagitiorum fuisset: is repente, ut Romanam venit, gratis Prator factus est. Alii porro pecunia ne accusaretur data, cui sit data, nihil ad me, nihil ad rem pertinere, arbitror: datam quidem esse tum inter omnes recenti negotio facile constabat. Homo stultissime & amentissime, tabulas cum conficeres, & cum extraordinarie pecunia crimen subterfugere velles, satis te elapsurum omni suspitione arbitrare, si quibus pecuniā credebas, ijs expensum nō ferres? neque in tuas tabulas vllum nomē referres, cū tot tibi nominibus acceptum Curtij referrent? Quid proderat tibi te expensum illis nō tulisse? an tuis solis tabulis te causam dicturum existimasti? Verum ad illam iam veniamus praeclarant Praturam, criminaque ea, quae notiora sunt his, qui adsunt, quā nobis, qui meditati ad dicendum paratiq; venimus: in quibus non dubito, quin offensionem negligentia vitare atque effugere non possim. Multum enim ita dicent, de illo nihil dixit, in quo ego interfui: illam iniuriam non attigit, qua mihi, aut qua amico meo facta est, quibus ego in rebus interfui. His omnibus, qui istius iniurias norunt, hoc est, Pop. Ro. vniuerso, me vehementer excusatum volo, nō negligentia mea fore, ut multa praetereram: sed quod alia testibus integra reseruari velim, multa autem propter rationem breuitatis ac temporis praetermittenda existimem. Fatebor etiā illud inuitus, me prorsus, cum iste punctum temporis nullum vacuum peccato praeterire passus sit, omnia quae ab isto commissa sunt

intra  
in obliuio  
ne

intra  
intra  
intra

intra  
intra

intra  
intra  
intra

intra  
intra

intra  
intra  
intra



sa sunt, non potuisse cognoscere. Quapropter ita me de Præture criminibus auditore, ut ex utroque genere, & iuris dicendi, & sartorum tectorum exigendorum, ea postuletis, quæ maximè digna sint eo reo, cui parum ac mediocre obijci nihil oporteat. Nã ut Prætor factus est, qui auspiciato à Chelidone surrexisset, sortem nactus est urbanae provinciae, magis ex sua & Chelidonis, quam ex Pop. Rom. voluntate. qui principio, qualis in edicto constituendo fuerit, cognoscite. P. Annius Asellus mortuus est C. Sacerdote Prætoris: is cum haberet unicam filiam, neque census esset: quod eum natura hortabatur, lex nulla prohibebat, fecit ut filiam bonis suis heredem instituerit. heres erat filia: faciebant omnia cum pupilla, legis æquitas, voluntas patris, edicta Prætorum, consuetudo iuris, quod erat tum, cum Asellus est mortuus. Iste Prætor designatus (vtrum admonitus, an tentatus, an qua est iste sagacitate in his rebus, sine duce villo, sine iudice pervenerit ad hanc improbitatem, nescio. vos tantum hominis audaciam amentiamque cognoscite) appellat heredem L. Annium, qui erat institutus secundum filiam. non enim mihi persuadetur, istum ab illo prius appellatum. Dicit se posse ei condonare edicto hereditatem. docet hominem quid possit fieri. illi bonares, huic vendibilis videbatur. Iste tamen si singulari est audacia, tamen pupilla matrem summittebat: malebat pecuniam accipere, ne quid non ediceret, quam ut hoc edictum tam improbum & inhumanum interponeret. Tutores, pecuniam Prætori si pupilla nomine dedissent, grandem præsertim, quemad-

*instituitur  
bonis a herede  
heredem*



quemadmodum in rationem inducerent, quemadmodum sine periculo suo dare possent, non videbāt: simul & istum fore tam improbum non arbitrabantur. Sæpè appellati pernegauerunt. Iste ad arbitrium eius, cui condonarat hereditatem, ereptam liberis, quam æquum edictum scripserit, quæso cognoscite. **CVM INTELLIGAM LEGEM VOCONIAM.** Quis vnquam crederet Verrem mulierum aduersarium futurum? an idèd aliquid contra mulieres fecit, ne totū edictum ad Chelidonis arbitriū scriptum videretur? Cupiditati hominum ait se obuiam ire. Quid potius, non modò his temporibus, sed etiam apud maiores nostros? quis tam remotus fuit à cupiditate? Dic quæso cætera. delectat enim me hominis grauitas, sciētia iuris, authoritas. **QVI AB AVLO POSTHV MIO, Q. FV LVIO CENSORIBVS, POSTVE EA, FECIT, FECERIT.** Fecit, fecerit? Quis vnquam edixit isto modo? quis vnquam eius rei fraudem aut periculū proposuit edicto, quæ neq; post edictum, neque ante edictum prouideri potuit? Iure, legibus, authoritate omnium, qui consulebantur, testamentum P. Annius fecerat non improbum, non officiosum, non inhumanum. q̄ si ita fecisset, tamē post illius mortē nihil de testamēto illius noui iuris, constitui oporteret. Voconia lex te videlicet delectabat. imitatus es ipsū illū C. Voconium, qui lege sua hereditatē ademit nulli neq; virgini, neq; mulieri: sanxit in posterum, qui post eos Censores census esset, ne quis heredē virginē, neue mulierem faceret. In lege Vo-

*Chelidon  
Hirundo*



conia non est, fecit, fecerit: neq; in vlla prateritum  
tempus reprehenditur, nisi eius rei, quae sua sponte  
scelerata ac nefaria est, vt etiam si lex nõ esset, ma-  
gnoperẽ vitã da fuerit. atq; in his rebus multa vide-  
mus ita sancta esse legibus, vt antea facta in iudiciũ  
non vocentur. Cornelia, Testamentaria, Nummaria,  
cetera complures: in quibus non ius aliquod nouũ  
populo constituitur, sed sancitur, vt quod sepe ma-  
lum facinus fuerit, eius quaestio ad populum perti-  
neat ex certo tẽpore. De iure verò Ciuili si quis no-  
ui quid instituit, omnia quae antea acta sunt, rata es-  
se patitur. Cedo mihi leges Atinias, Furias, Fuffias:  
ipsam, vt dixi, Voconiam, omnes praeterea de iure  
Ciuili: hoc reperies in omnibus statui ius, quo post eã  
legem populus vtatur. Qui plurimum tribuunt edi-  
cto, Praetoris edictum legem annuam dicunt esse. in  
edicto plus complecteris, q̃ lege. Si finem edicto Prae-  
toris afferunt Calen. Ianuarij, cur non initiũ quoq;  
edicti nascitur à Cal. Ianuarij? an in eum annũ pro-  
gredi nemo poterit edicto, quo Praetor alius futurus  
est: in illum, quo alius Praetor fuit, regredietur? At  
si hoc iuris nõ vnus causa hominis edixisses, cautius  
composuisses. Scribis, si quis heredem fecit, fecerit,  
quod si plus legarit, quàm ad heredem heredẽ suũ  
perueniat, quod per legem Voconiam ei, qui census  
non sit, licet: cur hoc cum in eodem genere sit, non  
caues? quia non generis, sed hominis causam verbis  
amplecteris: vt facile appareat te preciso esse com-  
tum. Atque hoc si in posterum edixisses, minus esset  
nefarium, tamen esset improbum. sed tum vitupe-  
rari



ACTIO III.

99

Vari posset, in dubium venire non posset. nemo enim  
 committeret. nunc est eiusmodi edictum, ut quivis  
 intelligat, non populo esse scriptum, sed P. Annij se-  
 cundis heredibus. Itaque cum à te caput illud tam  
 multis verbis mercenario proœmio esset ornatum:  
 ecquis est inuentus postea Prætor, qui illud idem e-  
 diceret? non modò nemo dixit, sed ne metuit qui-  
 dem quisquam, ne quis ediceret. Non post te Præto-  
 rem multi testamenta eodem modo fecerunt. in his  
 nuper Annia. ea de multorum propinquorū senten-  
 tia, pecuniosa mulier, quòd censa nò erat, testamē-  
 to fecit heredem filiam. Itaque hoc magnum iudi-  
 cium hominū de istius singulari improbitate, quod  
 Verres sua sponte instituisse, id neminem metuisse,  
 ne quis reperiretur, qui istius institutū sequi vellet.  
 Solus enim tu inuentus es, cui nò satis fuerit corri-  
 gere volūtates viuorū, nisi etiam rescinderes mor-  
 tuorum. Tu ipse ex Siciliēsi edicto hoc sustulisti. vo-  
 luisti, ex improviso si quæ res natæ essent, ex vrbano  
 edicto decernere: quam postea tu tibi defensionem  
 relinquebas, in ea maxime offendisti, cum tuam  
 auctoritatem tute ipse edicto prouinciali repu-  
 diabas. Atque ego non dubito, quin ut mihi,  
 cui filia maxime cordi est, res hac acerba vi-  
 deatur atque indigna: sic vnicuique vestrum, qui  
 simili sensu atque indulgentia filiarum, com-  
 mouemini. Quid enim natura nobis iucundius?  
 quid charius esse voluit? quid est dignius, in qua  
 omnis nostra diligentia indulgentiaque consuma-  
 tur? Homo importunissime cur tantam iniuriam P.

*qui inuen-  
 tus est  
 qui*

*lasy conu-  
 ni de cha-  
 ritate puri  
 num ergo  
 filioi*



Annio mortuo fecisti? cur hūc dolorē cineri eius at-  
 que ossib<sup>2</sup> inuisti, vt liberis eius bona patria, volū-  
 tate patris, iure legib<sup>2</sup> tradita eriperes, & cui tibi  
 esset comodū, cōdonares? Quibuscū viui bona nostra  
 partimur, ijs Prætor adimere nobis mortuis bona,  
 fortunasc<sup>2</sup> poterit? Nec petitionē, inquit, nec posses-  
 sionem dabo. Eripies igitur pupilla togam prætex-  
 tam? detrahes ornamenta, non solum fortuna, sed  
 etiam ingenuitatis? Miramur ad arma contra  
 istum hominem Lampsacenos isse? miramur istum  
 de prouincia decedentem clam Syracusis profugis-  
 se? nos si alienam vicem pro nostra iniuria dolere-  
 mus vestigium istius in foro non esset relictum. Pa-  
 ter dat filia: prohibes. leges finunt: tamen te inter-  
 ponis. de suis bonis ita dat, vt ab iure non abeat. quid  
 habes quod reprehendas? nihil opinor. At ego con-  
 cedo, prohibe si potes, si habes qui te audiat, si potest  
 tibi dicta audiens esse quisquam. eripias tu volun-  
 tatem mortuis, bona viuis, ius omnibus? hoc populus  
 Rom. non manu vindicasset, nisi te huic tempore at-  
 que huic iudicio reseruasset? Posteaquam ius Pra-  
 torium constitutum est, semper hoc iure vsi sumus:  
 si tabula testamenti non proferrentur, tum vt  
 proximum quemque potissimum heredem esse o-  
 porteret. si is intestato mortuus esset, ita secundum  
 eum possessio daretur. Quare hoc sit equissimum fa-  
 cile est docere. sed in re tam vsitata: satis est ostende-  
 re omnes antea ius ita dixisse, & hoc vetus edictum  
 translaticiumq<sup>2</sup> esse. Cognoscite aliud hominis in  
 re veteri edictū nouum, & simul, dum est vnde ius  
 Ciuir-

ornamenta  
 ingenuitatis  
 et Longini  
 Corollie

cunctis  
 dispositio



Ciuile discatur, adolefcētes ei in disciplinā tradi-  
 te: mirum est hominis ingeniū, mira prudentia. Mi-  
 nutius quidam mortuus est ante istum Pratorē. eius  
 testamentum erat nullum. lege hereditas ad gentē  
 Minutiam veniebat. Si habuisset iste edictum, quod  
 ante istum, & postea omnes habuerūt, possessio Mi-  
 nutia genti esset data: si quis testamento se heredē  
 esse arbitraretur, quod tū nō extaret, lege ageret in  
 hereditatem: aut pro prede litis vindiciarum cum  
 satis accepisset, sponsonem faceret. ita de heredita-  
 te certaret. hoc opinor iure & maiores nostri, &  
 nos semper vsi sumus. videte vt hoc iste correxerit.  
 cōponit edictum his verbis, vt quiuis intelligere pos-  
 sit, vnus hominis causam conscriptum esse tantum  
 quod hominem non nominat: causam quidem totā  
 perscribit, ius, consuetudinē, aequitatem, edicta om-  
 nium negligit. EX EDICTO VRBANO. SI DE  
 HAEREDITATE AMBIGETVR, SI POS-  
 SESSOR SPONSIONEM NON FACIT.  
 Iam quid id ad Pratorē, vter possessor sit? nōne  
 id quari oportet, vtrū possessorem esse oporteat? er-  
 go quia possessor est, non moues possessione: si posses-  
 sor non esset, non dares. nusquam enim scribis, neqs  
 tu aliud quicquam edicto amplecteris, nisi eā cau-  
 sam, pro qua pecuniā acceperas. Iam hoc ridiculū  
 est. SI DE HAEREDITATE AMBIGE-  
 TVR, ET TABVLAE TESTAMENTI OB-  
 SIGNATAE NON MINVS MULTIS SI-  
 GNIS, QVAM E LBGE OPORTEAT, AD  
 ME PREFERENTVR, SECVNDVM TA-

*agis de testu*  
*mirum est hominis ingeniū*  
*miram prudentiam*  
*lego ad me*  
*venit hoc*  
*videtur*  
*indicia*  
*mi quo alio*  
*si iudicium*  
*ab alio*



CVLAS TESTAMENTI POTISSIMUM ME  
 HAEREDITATEM DABO. Hoc translatitium  
 est, sequi illud oportet. Si tabulae testamenti non pro-  
 feretur, quid ait? se ei daturum, qui se dicat haere-  
 dem esse. Quid ergo interest proferantur, necne? si  
 protulerit, vno signo ut sit minus quam ex lege oportet,  
 non des possessionem: si omnino tabulas non  
 proferet, dabis. Quid nunc dicam? neminem unquam  
 postea alium edixisse? valde sit mirum, neminem fuisse,  
 qui istius se similem dici vellet. ipse in Sicilia si e-  
 dicto hoc non habet: exegerat enim iam mercedem.  
 Item ut illo edicto, de quo ante dixi, in Sicilia de  
 hereditatum possessionibus dandis, edixit idem, quod  
 omnes Romae praeferer istum. EX EDICTO SI-  
 CILIENSI. SI DE HAEREDITATE  
 AMBIGATUR. At per deos immortales, quid  
 est, quod de hoc dici possit? Iterum enim iam quaero  
 abs te, sicut modo in illo capite Anniano de mulierum  
 hereditatibus, nunc in hoc de hereditatum possessioni-  
 bus: cur ea capita in edictum provinciale transferre  
 nolueris. vtrum digniores homines existimasti  
 eos, qui habitabant in provincia, quam nos, qui aequo  
 iure vteremur? an aliud Romae aequum est? aliud in  
 Sicilia? Non enim hoc potest hoc loco dici, multa esse  
 in provinciis aliter edicenda: non de hereditatum  
 quidem possessionibus, non de mulierum hereditati-  
 bus. Nam utroque genere video non modum ceteros,  
 sed te ipsum totide verbis edixisse, quod verbis edicti  
 Romae solet. Quae Romae magna cum infamia, precio  
 accepto edixeras, ea sola te, ne gratis in provincia  
 male

In bris alicui

quasi ob  
 his iuris  
 Tabulae  
 quae in

et in iure in

partes  
 ab effectu  
 quod in  
 equum  
 Romae in  
 unum in  
 in iure











scriptum iuuare: simul vt esset pœna, quòd alterius  
 patroni testamento obtemperasset. Das possessionem  
 ei qui non iurauit. concedo. Prætorium est. adimis tu  
 ei qui iurauit? quo exemplo? proscriptionem iuuat. lex  
 est, pœna est. q. ad eum, qui ius dicit? Vtrū reprehē-  
 dis q. patronum iuuabat eū, qui tū in miserijs erat?  
 an q. alterius patroni mortui voluntatē conserua-  
 bāt, à quo summū beneficiū <sup>non vult</sup> acceperat? vtrū horū re-  
 prehendis? Et hoc tum de sella vir optimus dixit, E-  
 quitum Rom. tam locupleti libertinus sit homo heres,  
 O \* modestum ordinem quòd illinc viuus surrexit.  
 Possum \* sexaginta decreta proferre, in quibus vt  
 ego pecuniam non dicam intercessisse, ipsa decreto-  
 rum nouitas iniquitasque declarat. Verū vt ex  
 vno de cæteris coniecturam facere possitis, id quod  
 priore actione cognostis, audite. C. Sulpitius Olym-  
 pius fuit. is mortuus est C. Sacerdote Præto-  
 re, nescio an antequam Verres Præturam petere cœperit.  
 fecit heredem M. Octauium Ligurum. Ligur here-  
 ditatem: adijt possedit Sacerdote Præto-  
 re sine vlla  
 controuersia. Posteaquam Verres magistratum in-  
 iit: ex edicto istius, quod edictum Sacerdos non ha-  
 buerat, Sulpitij patroni filia sextam partem here-  
 ditatis ab Ligure petere cœpit. Ligur non aderat.  
 L. Frater eius causam agebat. aderant amici, pro-  
 pinqui dicebat iste, nisi, cum muliere decederetur,  
 in possessionem se ire iussurum. L. Gellius causam Li-  
 guris defendebat: docebat edictum eius non oportere  
 ad eas hereditates valere, quæ ante eum Præto-  
 rem venissent: si hoc tum fuisset edictum, fortasse

*magis  
 Verres*

\* mole-  
 stum  
 \* sexcēta

*ad iudicium*

*ad iudicium  
 hoc cum de  
 in vna*





Ligurem hereditatem aditurum non fuisse? Aequa  
 postulatio, summa hominum autoritas precio su-  
 perabatur. Venit Romam Ligur: non dubitabat,  
 quin si ipse Verrem conuenisset, equitate causa, &  
 auctoritate sua commouere hominem posset. do-  
 mum ad eum venit: rem demonstrat: quampridem  
 sibi hereditas venisset, docet: quod facile in causa  
 aequissima homini ingeniosus fuit, multa, quae quem-  
 uis mouere possent, dixit: ad extremum petere coe-  
 pit, ne usque ad suam auctoritatem despiceret gra-  
 tiamque contemneret, ut se tanta iniuria afficeret.  
 Homo Ligurem accusare coepit, qui in re aduentitia  
 atque hereditaria tam diligens, tam attentus esset:  
 debere eum aiebat, suam quoque rationem ducere:  
 multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa  
 se haberet. Non possum illa planius commemorare,  
 quam ipsum Ligurem pro testimonio dicere audi-  
 stis. Quid enim Verres? utrumne his quidem testi-  
 bus credetur? an haec ad rem non pertinent? non M.  
 Octauio? non L. Liguri? quis nobis credet? cui nos  
 quid est Verres, quod planum fieri testibus possit,  
 si hoc non sit? an id, quod dicunt, leue est? nihil leui-  
 us, quam Praetorem urbis hoc iuris in suo magistra-  
 tu constituere, omnibus his, quibus hereditas vene-  
 rit, cohaeredem Praetorem esse oportere. An vero du-  
 bitamus, quo ore iste ceteros homines inferiore lo-  
 co, auctoritate, ordine, quo ore homines rusticanos  
 ex municipijs, quo denique ore, quos nunquam li-  
 beros homines duxerit, solitus sit appellare, qui ob-  
 is dicendum M. Octauium Ligurum, hominem or-  
 natissimum



natissimum loco, ordine, nomine, virtute, ingenio,  
 copijs, poscere pecuniam non dubitarit? In sartis te-  
 stis ve quemadmodum sese gesserit, quid ego di-  
 cam? dixerunt, qui senserunt, sunt alij, qui dicant:  
 nota res ac manifestè prolata sunt, & proferuntur.  
 Dixit C. Fannius Eques Rom. frater germanus Q.  
 Titinij iudicis tui, tibi se pecuniã dedisse. Recita te-  
 stimoniũ C. Fannij. Nolite C. Fãnio dicenti credere:  
 noli in quã tu Q. Titini C. Faunio fratri tuo credere,  
 dicit enim rem incredibilem, C. Verre insimulat a-  
 varitia & audacia, qua vitia videntur in quemuis  
 potius, quã in istum convenire. Dixit Q. Tadius  
 homo familiarissimus patris istius, nõ alienus à ma-  
 tris eius genere & nomine: tabulas protulit, quibus  
 pecuniam se dedisse ostendit. Recita nomina Q. Ta-  
 dij. Recita testimonium Q. Tadij. Ne tabulis quidem  
 Q. Tadij, nec testimonio credetur? Quid igitur in iu-  
 dicij sequemur? quid est aliud omnibus omnia pec-  
 cata & maleficia concedere, nisi hoc, hominum ho-  
 nestissimorum testimonijs, & virorum bonorum ta-  
 bulis nõ credere? Nam quid ego de quotidiano ser-  
 mone, quærimoniaq; Pop. Rom. loquar? de istius im-  
 pudentissimo furto, seu potius nouo ac singulari la-  
 trocinio? ausũ esse in æde Castoris, celeberrimo cla-  
 rissimoq; monumento, q; templum in oculis, quotidi-  
 anoq; aspectu Populi Rom. est positum, quò sæpenu-  
 mero Senatus conuocatur, quò maximarum rerum  
 frequentissima quotidie aduocationes sunt: in eo lo-  
 co, in sermone hominum, audacia sua monumentum  
 aternũ relinquere. Aedẽ Castoris Iudices P. Iunius  
 habuit

fuit in  
 in in  
 dicitur  
 2 in factu  
 in factu  
 est unum  
 in de in  
 in in  
 ad in  
 in in  
 ad in

in oculis  
 quæritur  
 in foro  
 in foro  
 in foro  
 in foro



*anno V C*  
*sextuagesimo*  
*septuagesimo*  
*anno 7*  
*desiderio*  
*in exigentia*  
*ad se*  
*non*  
*factum*  
*est*  
*res*  
  
*anno*  
*alio*

habuit tuendā L. Silla, Q. Metello Consulibus. is mortuus est. relinquit pupillum paruum filiū. cū L. Octavius, C. Aurelius COSS. ades sacras locauissent, neq; potuissent omnia ~~sarta~~ tecta exigere, neque ij Pratores quibus erat negocium datum, C. Sacerdos & M. Casius, factū est S. C. quib. de sartis tectis cognitum & iudicatum nō esset, vti C. Verres, P. Calius Pratores cognoscerent & iudicarent. Qua potestate iste premissa, vt ex C. Fannio, & ex Q. Tadio cognouistis. veruntamen cū esset omnibus in rebus apertissime imprudentissimeq; pradatus, hoc voluit clarissimum indicium relinquere latrociniorum suorum, de quo non audire aliquando, sed videre quotidie possemus. quæsuit quis ad eam Castoris sartam tectam deberet tradere. Iunium ipsum mortuū esse sciebat. scire volebat, ad quē illa res pertineret. audit pupillum esse filium. homo qui semper ita palā dicitisset, pupillos & pupillas certissimam pradam esse Pratoribus, optatum negocium sibi in sinum delatum esse dicebat. Monumentum illa amplitudine, illo opere, quamuis sartam tectam integrumq; esset, tamen aliquid se inuenturum, in quo moliri pradariq; posset, arbitrabatur. L. Rabonio ad eam Castoris tradere oportebat. is casu pupilli Iunij tutor erat testamento patris. cum eo sine villo intertrimento cōuenerat iam, quemadmodum traderetur. Iste ad se Rabonium vocat: querit, ecquid sit, quod à pupillo traditū non sit, q̄ exigere debeat. Cū ille id q̄ erat, diceret, facilem pupillo traditionem esse: signa, & dona comparare omnia: ipsum templū omni opere



opere esse integrum: indignum isti videri cœpit, ex  
 tanta ad e tantoque opere se non opimum præda,  
 præsertim à pupillo, discedere. Venit ipse in adens  
 Castoris: considerat templum: videt vndiq; tectum,  
 pulcherrimè laqueatum, præterea cætera noua atq;  
 integra. versat se: querit quid agat. dicit ei quidam  
 ex illis canibus, quos iste Liguri dixerat esse circa se  
 multos, Tu Verres hic q; moliare, nihil habes, nisi  
 fortè vis ad perpendiculum columnas exigere. Ho-  
 mo omnium rerū imperitus, querit, quid sit ad per-  
 pendiculum. Dicunt ei, ferè nullam esse columnam,  
 que ad perpendiculum esse possit. Iam me hercule,  
 inquit, sic agamus: columna ad perpendiculum ex-  
 igitur. Rabonius qui ~~Legem nosset~~, qua in lege na-  
 merus tantum columnarum traditur, perpendiculū  
 mentio fit nulla: & qui non putaret sibi expedire,  
 ita accipere, ne eodè modo reddendum esset, negat  
 id sibi deberi, negat oportere exigi. Iste Rabonium  
 quiescere iubet, & simul ei nonnullam spè societatis  
 ostendit. hominem modestum, & minimè pertinacè  
 facile coercet: columnas ita se exacturum esse cōfir-  
 mat. Noua res atque improuisa pupilli calamitas  
 nunciatur statim C. Mustio vitrico pupilli, qui nuper  
 est mortuus, M. Iunio patruo. P. Potitio tutori homi-  
 ni frugalissimo. Hi rem ad virum primarium sūmo  
 officio ac virtute præditum M. Marcellum, qui erat  
 pupilli tutor, deferūt. Venit ad Verrem M. Marcel-  
 lus: petit ab eo pro sua fide ac diligētia pluribus ver-  
 bis, ne per summam iniuriā pupillum Iunium fortu-  
 nis patris conetur euertere. Iste qui iam spe & opi-  
 nione

in hunc  
 modum  
 verum  
 est  
 G. Ligurius



mione praedam illam deuorasset, neq; vlla equitate  
 orationis, neque authoritate M. Marcelli commotus  
 est. Itaque quemadmodum ostendisset, se id exa-  
 cturum esse respondit. Cum sibi omnes ad istum al-  
 legationes difficiles, omnes aditus arduos ac potius  
 & aliorum interclusos viderent, a quod quem non ius, non equi-  
 tates, non misericordia, non propinqui oratio, non a-  
 mici voluntas, non cuiusquam authoritas pro pre-  
 cio, non gratia valeret: statuunt id sibi optimum es-  
 se factu, quod cuius venisset in mentem, petere au-  
 xilium à Chelidone, quae isto Praetore, non modò in  
 iure Ciuili priuatorumq; omniũ controuersijs po-  
 pulo Romano praefuit, verum etiam in his partis te-  
 ctis dominata est. Venit ad Chelidonem C. Mustius  
 Eques Romanus publicanus, homo cum primis hone-  
 stus. venit M. Iunius patruus pueri, frugalissimus  
 homo & castissimus: venit homo summo honore &  
 pudore, & summo officio, spectatissimus ordinis sui  
 P. Potitius tutor. O multas acerbam, o miseram at-  
 que indignam Praeturam tuam. vt mittas cetera,  
 quo tandem pudore tales viros, quo dolore meretricis  
 domũ venisse arbitramini? qui nulla conditione ista  
 turpitudinem subissent, nisi officij necessitudinisq;  
 ratio coegisset. Veniunt, vt dico, ad Chelidonem. do-  
 mus erat plena: noua iura, noua decreta, noua iudi-  
 cia petebatur. Mihi det possessione, mihi ne adimat.  
 in me iudicium ne det, mihi bona addicat. alij num-  
 mos numerabant: alij tabulas obsignabant. domus  
 erat nõ meretricio conuentu, sed pratorie turba re-  
 ferta. Simul ac potestas primum data est, adeunt hi  
 quot



quos dixi. loquitur Mustius, rem demonstrat, petit  
 auxilium, pecuniam pollicetur. Respondit illa, ut me-  
 retrix, non inhumanè: Libèter ait se esse facturam,  
 & se cum isto diligenter sermocinaturam: reuerti  
 iubet. tum discedunt. postridie reuertuntur. negat  
 illa posse hominem exorari, per magnam eundem dicere  
 ex illa re pecuniam confici posse. Vereor ne quis for-  
 tè de populo, qui priori actione non affuit, hæc, quia  
 propter insignem turpitudinè sunt incredibilia: sin-  
 gi à me arbitretur. ea vos antea Iudices cognouistis.  
 dixit iratus P. Potitius tutor pupilli Iunij: dixit M. Ve-  
 Iunius tutor & patruus: Mustius dixisset si viueret: *Ve-  
 sed pro Mustio, recenti re de Mustio auditum dixit *solus  
 L. Domitius. qui cum sciret me ex Mustio viuo au- *diu-  
 disse, quod eo sum vsus plurimum: etenim iudicium, *testi-  
 quod propè omnium fortunarum suarum C. Mustius *moni-  
 habuit: me vno dependente vicit. cum hoc, ut dico, *um  
 sciret L. Domitius me scire, ad eum res omnes Mu- *de  
 stium solitum esse deferre, tamen de Chelidone re- *audi-  
 ticuit, quoad potuit, alio responsonem suam deriu- *ti  
 uit. tatus in adolescènte clarissimo ac principe iuue- *et  
 ritus pudor fuit, ut aliquandiu, cum à me premeretur, *am-  
 omnia potius responderet, quam Chelidonem nomina- *ad  
 ret. Primò necessarios istius ad eum allegatos esse di- *Verres  
 cebat: deinde aliquando coactus Chelidonem nomina- *Verres  
 uit. Non te pudet Verres, eius mulieris arbitrati-  
 gessisse Præturam, quam L. Domitius ab se nominari  
 vix sibi honestum esse arbitrabatur? Reiecti à Che-  
 lidone capiunt consilium necessarium, ut suscipi-  
 unt ipsi negocium. cum Rabonio tutore, quod erat**************

*negocium reficiendum  
 et in iudicio*



vix HS. quadraginta millium, transibunt HS. du-  
 centis millibus. Refert ad istam rem Rabonius: vt si-  
 bi videbatur, satis grandem pecuniam, & satis im-  
 pudentem esse. Iste qui aliquāto plus cogitasset, ma-  
 le accipit verbis Raboniū: negat eum sibi illa decisi-  
 one satisfacere posse. ne multa, locaturum se esse  
 confirmat. Tutores hac nesciunt: quod actum erat  
 cum Rabonio, putant id esse certissimum: nullam  
 maiorem pupillo metuunt calamitatem. Iste verd  
 non procrastinat: locare incipit non proscripta neq;  
 edicta die, alienissimo tempore, ludis ipsis Romanis,  
 foro ornato. Itaq; renunciat Rabonius illam decisi-  
 onem tutoribus: accurrunt tamen ad tempus tuto-  
 res, digitum tollit Iunius patruus. Iste color immu-  
 tatus est: vultus, oratio, mens deniq; excidit. quid  
 ageret coepit cogitare si opus pupillo redimeretur, si  
 res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset: sibi  
 nullam prædam esse. Itaq; excogitat. quid? nihil in-  
 geniosè, nihil quod quisquam possit dicere, improbè,  
 verum callidè. nihil ab isto tectum, nil veteratoriu  
 expectaueritis: omnia aperta, omnia perspicua re-  
 perientur, impudentia, amentia, audacia. Si pupilla  
 opus redimitur, mihi præda de manibus eripitur.  
 Quod est igitur remediū? quod? ne liceat pupillo re-  
 dimere. Vbi illa consuetudo in bonis, prædibus præ-  
 dijsq; vendendis, omnium COSS. Censorum, Præ-  
 Questorum denique, vt optima conditione sit is,  
 cui res sit, ciuium periculum? Excludit eum solū,  
 cui propè dicam soli potestatem factam esse oportebat.  
 quid enim quisquam ad meā pecuniam me in-  
 uito

ab ad iunius

AB

de iunius  
hij piti  
propi

similitudo  
deserviunt  
desolatio

AB



uiro aspirat? quid accedit? Locatur opus id, quod ex  
 mea pecunia reficiatur. ego me refecturū esse dico.  
 probatio futura est tua, qui locas: praedibus & praedijs  
 populo cautum est. & si non putas cautum, scilicet tu Pr.  
 in mea bona quos voles immittes? me ad meas fortunas  
 defendendas: accedere nō sinas? O perepreciū est ipsam  
 legem cognoscere. dicetis eundem conscripsisse, qui illud  
 edictum de hereditate. **EX OPERE FACIENDO QV AE PVPILI  
 IV NII. Dic, dic quæso clarius C. VERRES  
 PR. VRBIS ADDIDIT.** Corriguntur leges Censoriae.  
 Quod enim video in multis veteribus legibus, Cn. Domitius,  
 L. Metellus, L. Cassius, Cn. Seruilius Censores addiderunt:  
 vult aliquid eiusmodi C. Verres, dic quid addidit. **QV I DE L. MARTIO.  
 M. PERPENNA CENSORIBVS. SOCIUM NE AMITTITO: NEVE  
 PARTEM DATO: NEVE REDIMITO.** Quid ita? ne vitiosum opus  
 fieret? at erat probatio tua. ne parum locuples esset? at  
 erat, & esset amplius, si velles, populo cautum praedibus  
 & praedijs. Hic te si res ipsa, si indignitas iniuriae  
 tuae non commouebat, si pupilli calamitas, propinquorū  
 lachrymae, D. Brutii, cuius praedia subierūt periculum,  
 M. Marcelli tutoris autoritas apud te ponderis nihil habebat,  
 ne illud quidē animaduvertebas, eiusmodi fore hoc peccatum  
 tuum, quod tu neque negare posses (in tabulas enim retulisti)  
 neque cum defensione aliqua confiteri? Addicitur id opus  
 HS. DLX. millibus, cum tutores HS. LXXX. millibus id opus, ad illius homi-

Anni V e  
 Septembris  
 Septembris  
 Cuius ma  
 nio septem  
 cuius cum  
 Septembris

Hic non  
 Hic non  
 Hic non



nis iniquissimi arbitriū se effecturos esse clamaret.  
 Etenim quid erat operis? id quod vos vidistis. omnes  
 illae columnae, quas de albatas videtis, machinae  
 appositae nulla impensa deiectae, eisdemq; lapidibus  
 repositae sunt. hoc tu HS. DLX. millibus locasti.  
 Atqui in illis colūnas dico esse, quae à tuo redemptore  
 commotae non sint: dico esse ex qua tantum tectorium  
 vetus deletum sit, & nouum inductum. Quod si  
 tanta pecunia columnas de albari putassem, certe  
 nunquam Aedilitatem petiuissem. At ut videatur  
 tamē res agi, & nō eripi pupillo. **SI QUID OPERIS  
 CAUSA RESCIDERIS, REFICITO.**  
 Quid erat quod rescinderet: cum suo quenque loco  
 lapidē reponeret? **QUI REDEMERIT, SATIS DET  
 DAMNI INFECTI EI, QUIA VETERE RE-  
 DEMPTORE ACCEPERIT.** Deridet, cum  
 sibi ipsum iubet satisfacere Rabonium. **PECUNIA  
 PRAESENS SOLVATUR.** Quibus de bonis? eius,  
 qui, quod tu HS. DLX. millibus locasti, HS. LXXX  
 millibus effecturum esse clamauit. Quibus de bonis?  
 pupilli. cuius et aetatem & solitudinem, etiam si tuto-  
 res non essent, defendere Praetor debuit. tutoribus  
 defendentibus, non modo patrias eius fortunas, sed  
 etiam bona tutorum ademisti. **HOC OPVS BO-  
 NVMSVO CVIQVE FACITO.** Lapis ali-  
 quis adferendus & apportandus fuit machina sua. nā  
 illo non saxum, non materies aduecta est: tantum  
 operis in ista locatione fuit, quātum paucae operae  
 fabrorū mercedis tulerunt, & manus precium ma-  
 chine. Vtrum existimatis minus operis esse, vnam  
 columnam



columnā efficere ab integro nouam nullo lapide re-  
 diuuo, an quatuor illas reponere? nemo dubitat,  
 quin multo maius sit nouā facere. Ostendā in adibus  
 priuatis, longa difficilique uectura, colūnas singulas  
 ad impluuiū HS. quadragenis millib. nō minus ma-  
 gnas locatas. Sed ineptū est de tam perspicua istius  
 impudetiā plurib. uerbis disputare, presertim cum  
 iste aperte tota lege omniū sermonē atq; existima-  
 tionē cōtempserit, qui etiā ad extremū cōscripserit,  
 REDIVIVA SIBI HABETO. Quasi quicquam  
 rediuui ex opere illo tolleretur, ac nō totū opus ex  
 rediuuiis constitueretur. At enim si pupillo redimi  
 non licebat nō necesse erat rem ad ipsū peruenire.  
 poterat aliquis ad id negocium de populo accedere.  
 omnes exclusi sunt nō minus aperte, quam pupillus:  
 Diē praestituīt operi faciūdo Cal. Decē. locat circi-  
 ter Idus Septemb. angustijs temporis excluduntur  
 omnes. Quid ergo? Rabonius istā diē quomodo asse-  
 quitur? Nemo Rabonio molestus est neq; Cal. Dec.  
 neque nonis, neque idibus. Denique aliquanto in  
 prouinciam iste proficiscitur prius, quā opus esse-  
 dum est. Posteaquam reus factus est, primo negabat  
 opus in acceptum referre posse. cū instaret Rabo-  
 nius, in me causam conferēbat, quod tum codicem  
 obsignasse. Petit à me Rabonius, & amicos allegat.  
 facile impetrat. iste quid ageret, nesciebat. si in ac-  
 ceptum nō retulisset, putabat se aliquid defensionis  
 habiturum. Rabonium porro intelligebat rem totā  
 se patefacturum tametsi quid poterat esse aper-  
 tus, quā nunc est, ut vno minus teste haberet Ra-

H a

bonio?

*enim  
 iudici  
 iudici*

*pro de p  
 re*

*Rabonius  
 iudici*



bonio? Opus in acceptum retulit quadriennio post,  
 quam diem operi dixerat. Hac conditione si quis de  
 populo redemptor accessisset, cum die ceteros re-  
 demptores exclusisset, tum in eius arbitrium ac po-  
 testatem venire nolebat, qui sibi ereptam praedam  
 arbitraretur. Nonne arguemur quod ista pecu-  
 niaperuenerit? fecit ipse iudicium. Primum cum  
 vehementius cum eo D. Brutus contenderet, qui  
 de sua pecunia HS. CCL. millia numeravit, quod  
 iam iste ferre non poterat opere addicto, praedibus ac-  
 ceptis de HS. DLX. millibus remisit D. Bruto HS.  
 millia. Hoc, si aliena res esset, certe facere non po-  
 tuisset. Deinde nummi numerati sunt Cornificio,  
 quem scriba suum fuisse negare non potest. Postre-  
 mo ipsius Rabonij tabula praedam illam istius fuisse cla-  
 mat. Recita nomina Rabonij. Hic etiam priore actioe  
 Q. Hortensius pupillum Iunium venisse praetextatum  
 in vestrum conspectum, & testes secum, paruo testi-  
 monium dicente, questus est: & me populariter  
 agere atque invidiam commouere, quod puerum pro-  
 ducere, clamitavit. Quid erat Hortensi tandem  
 in illo puero popolare? quid invidiosum? Gracchi cre-  
 do, aut Saturnini, aut alicuius hominis eiusmodi  
 produxeram filium, ut nomine ipso & memoria pa-  
 tris animos imperite multitudinis concitarem. P.  
 Iunij erat, hominis de Plebe Romana filius, quem pa-  
 ter moriens tum tutoribus & propinquis, tum legi-  
 bus, tum aequitati magistratum, tum iudicijs ve-  
 stris commendandum putavit. Hic istius scelerata lo-  
 catione nefarioque latrocinio bonis patrijs fortunif-  
 que



que omnibus spoliatus venit in iudicium: si nihil ali-  
 ud, saltem ut eum, cuius opera ipse multos annos est  
 in sordibus, paulo tamen obsoletius vestitum vide-  
 ret. Itaque tibi Hortensi non illius atas, sed causa:  
 non vestitus, sed fortuna popularis videbatur: neque  
 te tam commouebat, quod ille cum toga prætexta,  
 quam quod sine <sup>fulgure</sup> bulla venerat. vestitus enim nemi-  
 nem commouebat is, quem illi mos, & ius ingenuita-  
 tis dabit. quod ornamentum pueritiæ pater dede-  
 rat, iudicium atque insigne fortuna, hoc ab isto præ-  
 done ereptum esse grauius & acerbè homines fere-  
 bant. Neque erant hæ lachrymæ populares magis,  
 quam nostræ, quam tuæ Q. Hortensi, quam horum  
 qui sententiam laturi sunt. Ideo quod communis est  
 causa, commune periculum, communi presidio talis  
 improbitas, tanquam aliquod incendium, restin-  
 guenda est. Habemus enim liberos paruos. incertum  
 est quam longa nostrum cuiusque vita futura sit:  
 consulere viui ac prospicere debemus, ut illorum so-  
 litudo & pueritia quam firmissimo presidio muni-  
 ta sit. Quis est enim, qui tueri possit librum nostro-  
 rum pueritiam contra improbitatem magistratuum?  
 Mater credo. scilicet magno presidio fuit  
 Annæ pupillæ mater fœmina primaria: minus, illa  
 deos hominesq; implorante, iste infanti pupillæ for-  
 tunas patria ademit. Tutor esne defendet? perfacile  
 verò apud istiusmodi Prætores, à quo M. Marcelli  
 tutoris in causa pupilli Iunij & oratio, & voluntas  
 & autoritas repudiata est. Queremus etiam, quid  
 iste in vltima Phrygia, quid in extremis Pamphy-



23
 lia partibus fecerit? qualis in bello praedonum praeda ipse fuerit, qui in foro Populi Romani pirata, nefarius reperiat? Dubitamus quid iste in hostium praeda molitus sit, qui manubias sibi tantas ex L. Metelli Manubijs fecerit? qui maiore pecunia quatuor columnas dealbandas, quam ille omnes edificandas locauerit? Expectemus quid dicat ex Sicilia testes? quis vnquam templum illud aspexit, quin auaritia tua, quin iniuria, quin audacia testis esset? Quis a signo Vertumni in Circum maximum venit, quin in vnoquoque gradu de auaritia tua commoneretur? quam tu viam tensarum atq; Pompe, eiusmodi exegisti, vt tu ipse illa ire non audeas? Te putet quisquam, cum ab Italia freta disunctus esses, socijs temperasse? qui eadem Castoris testem furtorum tuorum esse volueris: qua Populus Romanus quotidie iudices etiam tum, cum de te sententiam ferrent, viderent? Atque etiam iudicium in Praetura publicum exercuit. non enim praetereundum est ne id quidem. petita multa est apud istum Praetorem a Q. Opimio, qui adductus est in iudicium verbo, quod cum esset Trib. Pleb. intercessisset contra legem Corneliam, quod in tribunatu dixisset contra alicuius hominis nobilis voluntatem. De quo iudicio si velim dicere omnia, multi appellandi ledendiq; sunt, quod mihi non est necesse: tantum dicam, paucos homines arrogantes hoc adiutore Q. Opimio per ludum & iocum fortunis omnibus euertisse. Is mihi etiam queritur, quod a nobis VIII. solis diebus prima actio sui iudicij transacta sit, cum apud ipsum tribus

horu



bonis Q. Opimius Senator Populi Romani bona, for-  
 tunas, ornamenta omnia amiserit. cuius propter in-  
 dignitatem iudicij, sapissimè est actum in Senatu, ut  
 genus hoc tum multarum ac iudiciorum eiusmodi  
 tolleretur. Iam verò in bonis Q. Opimij vendendis  
 quas iste pradas, quàm aperte, quàm improbè fece-  
 rit, longum est dicere. Hoc dico, nisi vobis id homi-  
 num honestissimorum tabulis planum fecero, singi-  
 à me hoc totum temporis causamputate. Iam qui ex  
 calamitate Senatoris Pop. Rom. cum Prator iudicio  
 eius præsuisset, spolia domum suam referre, & ma-  
 nubias detrabere conatus sit, is nullam ab se cala-  
 mitatem poterit deprecari? Nam de subfortitione  
 illa Iuniana Iudicium nihil dico. Quid enim? contra  
 tabulas, quas tu protulisti, audeam dicere? difficile  
 est. Non enim me tua solum, & iudicium autoritas,  
 sed etiam annulus aureus Scribae tui deterret. Non  
 dicam id quod probare difficile est: hoc dicam, quod  
 ostendam, multos ex te viros primarios audisse, cū  
 diceres, ignosci tibi oportere, quod falsum codicem  
 protuleris. Nam qua invidia C. Iunius cōflagravit,  
 ea, nisi prouidisses, tibi ipsi tum pereundum fuisset.  
 Hoc modo iste sibi, salutis suae prospicere didicit, re-  
 ferendo in tabulas & priuatas & publicas quod  
 gestum non esset, tollendo quod esset, & semper ali-  
 quid demendo, mutando, curando ne litura appa-  
 reat, interpolando. Eo enim vsque progreditur, ut  
 ne defensionem quidem maleficiorum suorum sine  
 alijs maleficijs reperire possit. Eiusdem modi forti-  
 tionem homo amentissimus suorum quoque Iudiciū  
 fore

H

H  
 quid fecerit  
 unquam  
 est dicitur

hoc nunc  
 de iudicio





fore putavit, per sodalem suum Q. Curtium Iudicē  
quæstionis: cui nisi ego vi populi, & hominum cla-  
more atq; conuicio restitisssem, ex hac decuria no-  
stra, cuius mihi copiam quàm largissimè fa-  
ctā oportebat, erepta esset facultas e-  
orum, quos iste annuerat, in suum  
consilium sine causa sub-  
sortiebatur.

(::)

FINIS.







Oratio est iudicialis quibus an  
Rogatus Laminis debeat aliquid  
de parte sua Curia rogat a regis  
Iudicium de difficultate & differen-  
tiam. Et Rogatus Laminis  
quod cum antea Laminis non  
dedit aut fuit sui nomine & per  
se primum aut Rogatus Laminis  
sed nihil in unum ergo  
Oratio est iudicialis & dicitur in eo  
exordium & narratio cum proprio  
supra est confirmata & confirmata  
deus habita annos & annis  
computibus Cui  
Oratio & Laminis Laminis Laminis  
Oratio anno trigesimo primo  
in his diebus annos Faber  
cuius Rogatus Laminis de regis cum  
Laminis de Laminis & Laminis  
quod cum Laminis Laminis Laminis  
Rogatus Laminis Laminis Laminis  
Laminis Laminis Laminis Laminis  
Laminis Laminis Laminis Laminis









ab omnibus est enim opus  
opulentalis de nobis sum  
inse hinc quam in hinc  
rapaci impet in hinc  
in bona

Conueniuntur et inquit  
unum

nullo in hinc in hinc  
manum in hinc in hinc  
ab hinc

Conueniuntur in hinc  
ab hinc

Ab hinc in hinc

Ab hinc in hinc

Ab hinc in hinc

Ab hinc in hinc  
Ab hinc in hinc





caedebat non hinc venire  
plurimum p[er] h[ic] et ad p[er] h[ic]  
et h[ic] non d[omi]no v[er]o in h[ic]  
et h[ic] in h[ic] v[er]o in h[ic]  
ad h[ic] h[ic] & h[ic] h[ic] h[ic] h[ic]  
h[ic] h[ic] h[ic]

magna pecunia a d[omi]no  
sunt deducta  
maxime in d[omi]no  
alium tunc

et h[ic] h[ic] h[ic] h[ic] h[ic] h[ic]  
h[ic] h[ic] h[ic] h[ic] h[ic] h[ic]  
h[ic] h[ic] h[ic] h[ic] h[ic] h[ic]  
h[ic] h[ic] h[ic] h[ic] h[ic] h[ic]  
h[ic] h[ic] h[ic] h[ic] h[ic] h[ic]





profunda & in se invicem  
non nisi ex illiusdem flamma civitas  
exortam flammam extinguere  
subi. fides & sustenta non perbita  
fidei non minus veri quam  
iniquitatis probata sunt  
utique alieni iudicium  
pariter subiecti & debellari  
debet  
Nullum ex istis rebus in se  
invidiam concitabo

multa omnes efici sunt natura  
ex sua natura uti eos  
frangere uti invidiam non  
sui ab eis non licet quod flammam  
commodum. Iniquitatem  
omnibus debet frangi uti  
occidendi si daret quoniam



...contingenti alia longum  
nisi unum & extreme  
impudens haberi uel  
illa quasi bello uacior est  
ambitum - a bono laici officio  
fabricator

...volucris futurum  
magnu regnum

...in statu quasi per fortuna

W 8062

...d. e. g. regnum

...post autem fecerunt

...Obliqua fuit auarissima

...sanguine

...fuit

...habet

...corpe


ULB Halle 3  
007 103 395  









Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

VLLII  
RONIS

TIONIS IN  
REM LIBRI

S PRIO:  
RES.



ONIAE,  
kmannica, sumptibus  
ni Mylij.

DC. VII.

